
BRIGHAM YOUNG UNIVERSITY
3 1197 23794 6410

LIBRARY
Brigham Young University
RARE BOOK COLLECTION
Vault
093
B772
1495



Opuſcula Diui Bernar
di Abbatis Cla
reuallenſis.

1495

UPB

Philothei monachi: De uita & moribus Diui Bernardi abbatis Clareuallis: cōgregationis Ciſterciensis: ex ordine Beatiſſimi patris Benedicti: Carmen encomiaſticon.

Nclyta dum tenui molimur geſta ſuſurro.
Dicere: meoniis emodulanda ſonis:
Quid niſi trinacrios reuocare ad littora Fluctus
Nitimur: & modicis impoſuiſſe cadis?
Scilicet ipſe rudes necdum formare loquelas
Doctus: & agreſti cōcrepuiſſe lyra.
Principis etherei titulos: qui laudibus omnē
Exceſſere modum: ſacraqꝫ geſta canā?
Quis ferat exili Codrum temeraſſe camœna
Acta. Sophocleo condecoranda ſono?
Nō ſecus ac phœbo ſi perſequar addere lumen
Hinc atqꝫ hinc ſannæ Rhinocerotis erunt.
Non igitur Bernarde tuas mihi promere laudes
Fas erit: & tremula concinuiſſe chely.
Candida laurigeri referant tibi carmina uates:
Nos inopes animum corda preceſqꝫ damus.
Talia iam poſitis agitaram mente tabellis:
Arguerātqꝫ animos crimina noſtra leues:
Cum mihi blanda quies uictis ſubrepſit ocellis:
Et tenuit placidus pectora laſſa ſopor.

Tunc dea cui tellus:celũ cui militat omne
Virgo:mihi eſt tales fundere uiſa ſonos.
Stulte tui nobis prohibes quid carminis uſum?
Quid ne ſacerdoti munera grata meo?
Incipe:Bernardi(ſi neſcis)gloria noſtra eſt:
Quicquid habet noſtro riuus ab anne trahit.
Hoc mihi ioãnes nunq̃ fuit arctior: ille
Qui datus eſt uite duxq; comeſq; meæ.
Ille quidem dulces mecum permanſi in annos.
Virginis intuitu colloquioq; fruens:
Hic aũt cœli cum iam data ſæptra tenerem
Promeruit uultus cernere ſępe meos.
Ille erat intacti cuſtos mihi corporis unus:
Hic noſtri curam nominis uſq; gerit.
Sed quid plura?aĩs paribus mihi iunctus uterq;:
Nec minus ille mihi nec minus iſte placet.
Vixit uterq; parem ueneris ſine crimine uitam:
Virginitas bini pectoris una fuit.
His deus æquilocas ſublimi in uertice ſedes
Contulit:& lateri iuſſit adeſſe meo.
Eia age:quoſq; pater tribuit mihi laudes honores
Sumat:& alternas detq; feratq; uices.
Aſpicis egregia quos condidit arte libellos
Quo referant cantu nomen in aſtra meum?
Spũs illa animis bene profectura malignus
Scripta tulit:laudes quæ cecinere meas.
Proq; pio iliaden danaũq; induxit ieſu:
Abdideratq; mei myctica dicta ſenis.

Dũq̃ homines nugas miſeri ſectantur inanes:
Hæc pæne in nõnullis ſcripta fuere locis.
Non tulit hoc ſummi temerata potentia ſæptri
Perfidus ut noſtras hoſtis haberet opes.
Ipſa etenim tacito monui ſpiramine quẽdam
Qui mihi precipuo munere uinctus erat:
Vt pia diſperſos reuocaret cura libellos:
Scriptaq̃ ſydereas quæ docuere uias.
Efficeretq̃:die caderent ne exeſa uetuſto:
Imprimeret breuibus ſculptor ut illa notis.
Et quia tam longo fuerat uitiata receſſu
Littera:iuditiis tergeret ante ſuis.
Hęc ego quæ tantos illum tolerare labores:
Hæc ego te faciles hortor inire modos.
At metuis ne forte rudi parata cothurno
Liuor edax tetrico carmina dente petat:
Atq̃ ſupercilio tua reſpuat orſa tumenti:
Contendatq̃ leues iſta decere uiros.
Nec ferat aonias monachum reuocare ſorores:
Quas ſemel inuiſo iuſſit abiret pede.
Euge:ſuperuacuis horum latratibus obſtat
Perpetuo uates iunctus amore mihi:
Qui ferrugineis niueos ſuperaddit amictus:
Inclyta carmeli tegmina montis habens.
Qui mea dulciſono celebrauit carmine geſta:
Stridẽteſq̃ truci Coſtidis ære rotas.
Ille dabit faciles auras:portuſq̃ ſecundos:
Hoc duce ſylleos trãſgrediere canes.

Aſpicis ut clara ſtolidos ratione retundat?
  Garrulaq; oppoſita clauſerit ora manu?
Hic mihi de mundi reuocatus turbine plaudit:
  Atq; meũ dulci cócinit ore decus.
Fare age:uirtutum cumulis & laudis honore
  Quẽ deceat uati prepoſuiſſe meo.
Nam ſi grandiloquo liceat conferre Maroni
  Carmina ꝙ paribus cantet uterq; modis:
Hic tamẽ æternis tantũ uirtutibus:illo
  Clarior eſt:quantum noctibus alma dies.
Nam quæ dona meo potui preſtare clienti
  Quæ minus illuſtrem conſtet habere uirum?
Quæritur eloquio quantum ualet ille nitenti:
  Talis Ariſtocles Meoniuſq; fuit.
Quæritur innocua quantum probitate coruſcat:
  Helias ardenti talis in axe fuit.
Hic docet anguſtum uirtutis ſcandere culmen:
  Et celerem uitiis ĩpoſuiſſe modũ.
Nil niſi ꝙ rigidi poſſint laudare catones:
  Nil niſi ſacrato chriſtus in ore ſonat.
Hic mea dum celebri repetit pręconia cantu:
  Mille mihi æterno iunxit amore uiros.
Huic ego ſydeream tanto pro carmine ſedem
  Conſtitui:& regni gaudia ſumma mei.
Hunc tamen aſſiduo Bauius liuore fatigat:
  Ingenio æquarit cælica tecta licet.
At tibi quem nullo decorauit ſchemate chriſtus
  Deſuerint auidi murmura torua canis?

Cælſior humanos peſſundebit ille fauores.
Solaq̄ perpetuæ præmia lucis auet:
Illius exemplo nugas contemne loquaces:
Nanq̄ magis uirtus preſſa micare ſolet.
Inuenies omnis florenti laude uerendos
Inuidiæ facibus ſuccubuiſſe uiros.
Gaude igitur tanto q̄ te dignamur honore:
Vt tibi ſit noſter cauſa ruboris amor.
Incipe iam tali ductus ſtratagemate:quamuis
Vaniloquus nullam donet apollo lyram.
Noſtra ſecundabit curſus cynoſura patentes:
Vt leuius cœptum perficiatur iter:
Nulla tuæ eſt:fateor:nulla eſt facuudia linguæ:
Nec deus eloquium ſed pia corda probat.
Graminibus pecudes paſcuntur:rore cicadæ:
Quadrupedum tigris ſanguine:corde deus.
Solue igitur propero tenuem de littore cymbam:
Deducent curſus flamina noſtra tuos.
Dixit:& aereas fuerat iam lapſa per auras
Cœperunt ſenſus cum uigilare mei.
Grāde opus aggredior:ueniam date iuſſa ſequenti.
Cogitur inuito currere muſa pede.
Quæq̄ leui quondam latitans epigrammate luſit:
Nunc grauiore meat calliopea gradu.
Non tamen acta ſuo digeſta ex ordine dicam:
Pauca ſed e plena margine mira loquar
Interea noſtro pater o uenerande labori.
Annue;& o ſacri doctor amoris ades.

¶ Diui Benedicti pro inſtauratione monaſticæ Religionis prolata ſupplicatio & accepta a deo promiſſio.

a Stra decem celeri penetrarant ſecula curſu:
Bis totidemq; pari luſtra peracta pede.
Ex quo letiferi reſecans contagia morbi
Chriſtus:ab intacta uirgine natus erat.
Cum genus omne boni facinus mortale fugarat:
Fœdaq; terrigenis gaudia numen erant.
Vndiq; liuor edax feritas:diſcordia:lites:
Peſtis:bella:fames:& metus hoſtis erat.
Omnibus occiderat ſuperum reuerentia terris:
Et decus & priſcæ relligionis amor.
Quinetiam ruptis errabat pauper habenis
Sancte per anfractus grex Benedicte tuus.
Rarus:& incerta monachus ſtatione peragrans
Non dabat auctori debita uota ſuo.
Tunc proprias Benedictus oues miſeratus:olympi
Dicitur his regem ſollicitaſſe modis.
Maxime rex:parent cælum cui:terra:fretumq;:
Omnia qui nutu daſq; regiſq; tuo
Aſpicis ut longo probitas male frigeat æuo?
Aſpicis ut toto ferueat orbe ſcelus?
Cernis ut aduerſis agitetur fluctibus omnis
Relligio:& nullo milite fulta cadat?
Ille meus quondam teneris bene cultus ab annis
Quo fugit antiquæ religionis honor?

Quemq; ego tam lata moriens ditione reliqui
  Ordinis heu noſtri: dic mihi ſeruor ubi eſt?
Iam mea progenies tandem: niſi protinus illi
  Proſpicis: e ſummo culmine pulſa cadit.
Surge age: iamq; hominū ſortem miſeratus acerbā:
  Erue de tantis pignora noſtra malis.
Dixit: & ex alto totum qui temperat orbem
  Accepit tales protinus ore ſonos.
Optime dux uario cœlum qui milite comples:
  Qui fueras noſtrę pars modo prima ratis.
Parce pio benedicte metu: nam marte tuorum
  Mœnia ſunt ducibus reſtituenda meis.
Mœnia quæ tantis agitata furoribus ardent:
  Mœnia quæ Petri iacta fuere manu.
Reſpice quem ţeneris puerum mihi mater ab annis
  Obtulit: & patriam gallica terra dedit:
Spiritus hunc pleno radiatum pectore ſanctus
  Efficiet Moſi religione parem.
Cernis ut ille mei ſtimulis agitatus amoris
  Iam terat aſſiduo limina ſancta pede?
Aſpicis ut pulchro rutilet ſub pectore uirtus?
  Inſpice: uenturum teſtificatur opus.
Niligenas tanto monachorum principe cœtus
  Reſtituent ſęptis tempora læta tuis.
Angelicis poſtq̄ compleuerit omnia turmis:
  Deſcritq; tuam compoſuiſſe domum:
Tunc etiam Petri nimium iactata quieſcet
  Huius ab hauſpitio tuta carina uiri.

Solus hic ingentes monachus tractabit habenas
Orbis:& extremo iura ſub axe dabit.
Quæq; uides tumidis conſurgere uiribus arma
Pax erit illius conciliata fide.
Aurea tunc placidis conſurget moribus ætas:
Et mea terrigenis gratia maior erit.
Quinetiam extremi bonitas cum tempore ſæcli
Nulla erit:& toto fugerit orbe fides:
Aureus ecce tuo ſurget de uimine palmes.
Siccaq; nectareus perfluet ora liquor.
Vrbs pataui illuſtres præbebit palmitis ortus:
Hinc feret auxiliis germina lata meis.
Ipſe etiam tanto producet fœnore fructus
Vt fateare tua non eguiſſe manu.
Quare age:tam clari proles ne germinis unq̃
Deficiat:nullo ſollicitere metu.
Hæc ait:& ſummo paraeletum mittit ab axe
Bernardumq; ſuo concremat igne deus.

¶ Bernardus quatuor germanis fratribus ĩ eandẽ ſententiam adductis religionem ingredi ſtatuit.

i Lle deo plenus faciem moreſq; pudicos
Induit:& mentis improba ſenſa fugat.
Iamq; puer tenero claudebat pectore numen:
Et decor egregii maximus oris erat.
Hunc qui ſolerti ſpectabat lumine:dixit:
Et ſpeciem & mores uirginis iſte gerit.

Candida cui roſeo facies ſuffuſa rubore:
Et grauitas dulci miſta lepore fuit.
Prima iuuenta graui uoluebat ſeria ſenſu
Quæ ſolet in faciles luxuriare iocos.
Terræ fixa acies: modici ſine murmure riſus:
Iſta uerecundi ſigna pudoris erant.
Grata quies animi fuerat: ſoluſq; peragrans
Sæpe dabat querulo talia corde puer.
Cur mea mens breuibus miſeriſq; exercita curis:
Excipis humanas irrequieta faces?
Quando erit ut poſita uariorum mole laborum
Diſcat in auctorem uita redire ſuum?
Si cupio excelſi ſpectare cacumina cœli
Deprimis innata conditione caput.
Hinc pater: hic genitrix: atq; hic mea cura ſodales:
Diſtrahit & ſenſus quæq; fauilla tuos.
Sed deus ipſe uia qua ſit mihi monſtrat eundum:
Et reſerat ſacræ relligionis iter.
Nuper ſtructa: humilis latitat ſub paupere tecto
Sancta quidem ſed non ambitioſa domus:
Ciſterciiq; patres habitant ea limina pauci:
Inſtituunt leges qui Benedicte tuas.
Hic ego cælitibus figam mea lumina regnis:
Hæc requies noſtri ſola laboris erit.
Si mihi noſtra ferant peregrinos arua lapillos:
Sitq; meum toto quicquid in orbe patet:
His tamen æternos pudeat conferre triumphos:
Gaudiaq; extremum non habitura diem.

Quid moror ah demens:uel quid data tpa perdo?
Plurima commiſſis addidit una dies.
Talia flammato librarat pectore dicta:
Propoſitiq; grauem fixerat inde pedem:
Cũ iuuenis tenera ſuperatus imagine fratrum
Fleuit: & hec dixit preda petenda mihi eſt.
Dixit:& in ſuperum germanos regna ciebat:
Sic repetens animo gaudia nata ſuo.
Nuper in aduerſis errabam naufragus undis.
Nunc mihi cæleſtis meta reperta uiæ eſt.
Meta reperta mihi eſt que cælibis ocia uitæ
Explicat: & tutum relligionis iter.
Hanc igitur mecum celeri contendite curſu
Arripere:& tanti lucra referre boni.
Et deus & cæli noſtri ſunt cauſa laboris:
Efficient pugnam premia tanta leuem.
Quis furor eſt opibus animos ſeruire caducis:
Quos deus in ſuperum regna beata uocat?
Cur igitur fratres cur uos terrena morantur
Hoſpitia?infeſto ſoluite colla iugo.
Nec mora:tam facili germanos uoce coegit
Annuere:& proprios deſeruiſſe lares.
Tunc:modo ſupreſſus:uicina inuoluere tecta
Incipit:& lato ſpargitur ore focus.
Nãq; pares ſancta ſocios ut quereret arte:
Augeretq; ſuo regna ſuperna grege:
Conſpicuum forma iuuenem:decus omne ſuorũ:
Non puduit medio ſpargere uerba foro.

Et modo cæleſtes populis memorare triumphos:
Et modo cerberei regna tremenda canis.
Artifici innumeras gentes ſermone trahebat
Sola docens ſummi caſtra ſequenda ducis.
Illic condenſas glomerabant aginna turbas:
Quocunq; optatos uerterat ille pedes.
Tunc comitū illuſtris nnmeroſo ex aginne cœtus
Heſit:& huic firmo ſedere iunctus erat.
In q̄cunq; uelit pedibuſq; animiſq; parati
Deduxiſſe bonum religionis opus.
Vna omnes parili ſocios feruore uoluntas
Iunxerat:imenſum compuleratq; gregem.
Omnibus una domus fuerat:cibus omnibus unus:
Vitaq; diuini plena timoris erat.
Vtq; petens ſparſam gelidus gladiator harenā
Apta prius uacuis ictibus arma probat:
Sic iuuenes ualidis monachorum tela lacertis
Torquentes:uitiis aſpera bella mouent.
Sicq; prius ſacras poſito q̄'murice ueſtes
Induerent ueteres deſeruere uias:

¶ Diui Benedicti habitum Bernardus cum ſociis amplius quam.xxx.in ciſtercienſi cænobio induit: ibiq; breui ſanctiſſimus efficitur.

i Amq; dies uctiua aderat:qua ſancta renaſci
Debuerant animo pectora iuncta pari.

Cum puer ipſe:uirum celebri comitante caterua:
Sydereūq; polo iam reſonante melos:
Clauditur in ſeptis:ueteremq; exutus amictum
Tegmina iam ſancte ruſticitatis habet.
Cellula parua nouæ capiebat tempora uitæ:
Cellula iudiciis ſemper amata ſuis.
Hic didicit ſummi penetrare cacumina cæli:
Hic didicit culto quicquid ab ore fluit.
Hic didicit curare nouo ceromate morbos:
Solus & extinctam uiuificare fidem.
Munera tanta quidem modicos bene culta p̄ ānos
Donat amatori cella beata ſuo.
Dicite uos auido teritis qui compita paſſu
Qualia clamoſo lucra reperta foro?
Non ille ingenium uario problemate cœpit
Obruere:aut ſtudiis illaqueare nouis.
Cura prior ſtimulos ueneris domitare furentes:
Atq; animi motus compoſuiſſe fuit.
Cura prior triſti luerent ut crimina planctu
Quam caperent tumidum pectora leta ſophos.
Cura prior ſuperum nitida caligine pectus
Induere:& ſenſus mortificare ſuos.
Chriſtus ob id tanto repleuit honore clientem:
Sepe ut cæleſtes cerneret ille choros.
Quid referam quotiens ſummi regina theatri
Nectareos illi uiſa mouere ſonos?
Sæpe ſuum uirgo famulum uenerata ſolebat
Viſere:& ambroſias ſæpe referre dapes.

Nunc age:qualis erat meditanti in pectore uirtus
Accipe:nam breuibus perſequar ipſe modis.
Ante ſalutarem curuato poplite chriſti
Effigiem:lachrymas:uota:præceſq; dabat.
Confixaſq; truci ſpectabat uulnere plantas:
Oſſaq; diſtinctis dinumeranda notis.
Iãq; gemens tremula fundebat uoce querelas:
Verbaq; mõtanas apta mouere feras.
O decus:o noſtri lenimen chriſte doloris:
O mihi tam duro parta labore ſalus.
Fœlix ſi tantas in me conuertere pænas:
Et liceat miſero ſi mihi poſſe mori.
Ipſe imaturos auſim decerpere fructus?
Chriſte tamen dentes obſtupuere tui.
Sydera:terra:fretum:domini miſereſcite ueſtri:
Flete meos caſus:ſydera:terra: fretum.
Talia dum memorat:domini pendentis imago
Soluit in amplexus Brachia mota ſuos:
Talis in excelſo regnabat principe uirtus:
Talis in ardenti pectore feruor erat.
Sic nouus interno gaudebat nectare miles:
Intimaq; eternus ſtrinxerat oſſa calor:
Vt mortale nihil ſaperet:terrenaq; ſemper
Dediſcens:chriſti raptus amore foret.
Noctibus in lachrymas faciles ſoluebat ocellos:
Et minimi durus criminis ultor erat.
Carnibus abſtinuit:magniq; abdomine piſcis:
Sedabatq; ſitim ſimplicis humor aquæ.

Artibus his ſummam uirtutum uenit in arcem
Sic peragens lætos prima iuuéta dies.
Vixerat hic dulces iandudum inglorius annos:
Temporaq; hæc uere plena quietis erant.
Cum deus ipſe pio diſponens omnia nutu:
Bernardum ex humili iuſſit abire loco.
Nomine clara quidem: ſed clarior omine uallis
Conſita uicina ſub regione fuit.
Miſſus in hanc ſacras referens pater optimus art s
Condidit imperio clauſtra regenda ſuo.
Perfidus: & ſcelerum fatigatus mole ſuorum
Huc ueniens: poſito crimine: tutus erat.
Quiq; peregrino rutilabat murice quondam:
Hic didicit cultu pauperiore tegi.
Nec pudor hic curuis agitare ligonibus arua:
Et trahere inuitos ſub iuga päda boues.
Hic ſpes uera: fides: probitas: reuerentia: cultus:
Et decor antiquæ relligionis erat.
Veſtis dura: cibus tenuis: rigidiq; labores
Semper: & exhibitis condita clauſtra feris.
Vix dabat aſſiduo fatigatus uomere fructum:
Sic locus hic ſterilis pauperiorq; fuit.
Quæq; ſolent miſeris preſtare cubilia frondes:
Hic etiam monachis fercula læta dabant.
Omnis odoratis populus uirtutibus ibat:
Gaudebatq; leui ſubdere colla iugo.
Nunc ego: cur latitãs clauſtro miracula ſanctus
Ediderit populis concelebrata: canam.

Non procul inde uirum nimio circũdedit æſtu
Febris:ut extremam crederet ire diem.
Non ille emonio potuit medicamine morbus
Curari:aut medica conualuiſſe manu.
Itur ad excelſi ueneratas militis ædes:
Auxiliumq; humili poſcitur ore pium.
Ille ierat:lachrymiſq; deũ:prçcibuſq; rogarat:
Vt celerem moriens ſumeret eger opem.
Protinus ex alto languens reſilire cubili
Cernitur:& ualido quolibet ire pede.
Hic iam Bernardus toti innoteſcere mundo
Cæpit:& ex illa clarior eſſe die.
Vndiq; uicinas uolitabat fama per urbes:
Miraturq; nouæ quiſq; ſalutis opus.
Audiit:& læto properat germania curſu:
Quiq; colunt fines bethyca terra tuos.
Ille oculis captam matrem:nunc ille parentem
Aduehit:extremo currit ab orbe miſer.
Spirituum tetro uexatus quiſq; furore
Pergit:& infeſto liber ab hoſte redit.
Loripedes etiam plures lectica uehebat:
Vt pia naturæ dextra nouaret opus.
Ille crucis tantum decorabat pectora ſigno:
Sic poterat placita quiſq; ſalute frui.
Aeger:apollineas doctiq; machaonis artes
Qui coleret: toto nullus in orbe fuit.
Tanta inerat facili ſermone potentia ſancto:
Tam celeris ſacro uenit ab ore ſalus.

¶ Bernardus innocentium pontificem maxi. a Petro leonis expulſum ſedi apoſtolicæ mirabiliter reſtituit.

i Nterea latias gladiis ſtridentibus urbes
 Exagitat ſtygio miſſus ab amne furor.
Romaq; tartareis nimium uexata colubris
 Frendit: & inſana ſeditione furit.
Quodq; panonphei lacerabat templa tonantis:
 Fedifragum Petri ſciſma leonis erat.
Hic male dum ueterum titulis & laude ſuperbit:
 Pontificis ſummos pugnat adire gradus.
Cumq; alius: ſacro procerum dictante ſenatu:
 Debuerat ſedē chriſte tenere tuā.
Ille tamen diro proſternens omnia ferro
 Immeritum tēpli ius dabat omne tui.
Iamq; ſacerdotes preſtanti laude uerendos
 Expulerat: ſancta ſolus in urbe potens.
Quiq; leonigenas renuerunt ſummere partes
 Proh facinus: gladio ſuccubuere truci.
Enſibus hic tumido bacchantibus agmine: chriſti
 Viſcera: romane diripiuntur opes.
Nec furor hanc belli peſtem intra mænia clauſit:
 Gorgoneum toto uirus in orbe fuit.
Nam qui legitimas paſtor retinebat habenas
 Multa dabat meritis templa regenda uiris.
Perfidus at contra temeratis legibus alter
 Templa ſacerdotes iuſſit habere ſuos.

Ergo hinc chriſti colas uolitabant bella per urbes:
Dum cupit alterno quiſq; ſubeſſe duci.
Sicq; per ambiguas errabat cymba procellas
Vt foret incerto iam peritura mari.
Ipſe pater ueræ fidei:pecoriſq; magiſter:
Vix poterat propria delituiſſe domo.
Quid faciat:timido repetat ſiremige portum:
Certat in aduerſas ire magiſter aquas.
Deſerat ipſe ratem mediis palinurus in undis?
Hoc prohibet ſancte relligionis amor.
Sed tandem rabidi fatigatus marte leonis
Cædit:& ethruſco uectus ab amne fugit.
Sic tamen interea lachrymis affatur abortis
Quos dederat profngæ chriſtus ineſſe rati.
O ſocii aduerſa fœlices ſorte futuri:
Dummodo ſyderei ſint rata dicta ducis.
Auxilium ſancto:niſi ſit ſpes uicta: labori
Fidite:celeſti ſemper ab arce uenit.
Maximus ille pater:gallorum gloria regnis:
Cuius iam toto nomen in orbe micat.
Ille quidem lapſis poterit ſuccurrere rebus.
Hæc requies longis ſola reperta malis.
Hunc etenim uirtute uirum ſigniſq; potentem
Quis neſcit facili uoluere regna manu?
Hic ego ſecuro ſtatuam ſub ſydere puppim:
Hic poterit placido tuta latere uado.
Hæc mora:tyrrheno ſpumantibus ęquore roſtris
Excepit profugum gallica terra ducem.

Sicq; peragrato gallorum limite: ſummus
Candida per ſiluas paſtor ad antra uenit.
Occurrunt longo uenientibus ordine patres:
Preuia chriſtiferę ſigna fuere crucis.
Pſallenteſq; pio mulcebant nubila cantu:
Talis ĩ abiecto milite pompa fuit.
Hos romanus eques nimiũ nimiũq; beatos
Quos uidet in tanta degere pace uocat.
Et modo continuis celebrata ſilentia clauſtris:
Et modo parthenii laudat honoris opes.
Nil ibi q rapida cuperet nouus aduena mente:
Nil; niſi precipui candor amoris erat.
Panis: poma: nuces: hortenſiſq; herba: legumẽ:
Deliciæ adductis iſta fuere uiris.
Maximus interea chriſti ſua fata ſacerdos
Tam longæ cauſas expoſuitq; uiæ.
Tunc pater ipſe ſui ueritus mandata magiſtri
Accepit profuge uela tuenda ratis.
Non ego multiloquo ſeptem tolerata per annos
Carmine fata notans ſingula quæq; canam.
Nec referam longos quos pertulit ille labores:
Dum cuperet laceram compoſuiſſe fidem.
Sũma ſequar tantum celebris faſtigia facti:
Atq; inerit chartis exitus ipſe meis:
Imperium tenuit romano in culmine ſummum
Lotharius tanti tempore diſſidii
Ille uirum merito ſanctum celebrabat honore:
Congaudens lateri ſemper adeſſe ſuo.

Hunc adiit: rogitatq; ſenex ut fortibus armis
Reſtituat patrie ſacra deoſq; ſuæ.
Annuit: & ualido glomeratis agmine turmis:
Aggreditur ſanctę rex pietatis iter.
Hinc precibus meritiſq; pater Bernardus opimis:
Atq; hinc lotharii caſtra fuere ducis.
Sic graditur ſummus romana ad tecta ſacerdos:
Hinc atq; hinc duplici tutus ab arce ſedens.
Ventum erat ad ſummi celeberrima tēpla tonātis:
Vera loquar: facili ſed grauiora fide.
Non lituos: non Caſtra duci: non bella mouere:
Non opus ardentem conſeruiſſe manū.
Vnius (o felix) monachi reuerentia tantum:
Terruit audaces ſceua per arma uiros.
Ipſe autem tanti fuerat qui turbinis auctor
Audiit hos humili triſtis ab ore ſonos
Petre tuam ſubito licuit mihi ſcindere uitam:
Et flegethonteo precipitare lacu.
Tu tamen: ut gemitu ueniam merearis acerbo:
Tres tibi pro grandi munere ſume dies.
Dicta fides ſequitur: iam tertius ordine titan
Fulſerat: extremum clauſit & ille diem.
Protinus expanſis reſerantur ouilia ualuis:
Et refouent ſparſos lata per arua gregres.
Quod fuerat rabidi ſancitum lege leonis
Deicit hoc ſumma preſul in urbe ſedens:
Iam poterant leti tractare negotia ciues:
Et rigidam tandem uertere arator humum.

Omnibus hic igitur placida ſub pace locatis:
Sanctus in optatos ſe tulit inde ſinus.

¶ Bernardus Romana eccleſia fælici pace donata: in galliam honorifice rediit: ibiq; ſanctiſſimam domino animam reddidit:

P Retereo eximii tacitus miracula patris
Quæ fuerint longe tempore facta uiæ.
Felices & enim nimium nimiũq; fuere:
Hoſpitio illuſtrem qui tenuere uirum.
Quiq; ſacrum uoluit populus retinere parentem:
Obuius in longas ibat ab urbe uias.
Gaudia quiſq; nouo gradiens teſtatur amictu:
Occurritq; pio uirq; puerq; ſeni:
Luctus abit: lætis reſonat concentibus ether:
Feſtaq; depoſitis artibus hoſpes agit.
Vndiq; purpureas ſpargunt per compita flores:
Et redolent ſacris thura peruſta focis.
Perq; uias pueri ramos ſtrauere uirentes:
Compita ſubiectis tecta fuere togis.
Sic quondam ſolimis: inopum quem uexit aſellus:
Excepit reducem grata caterua deum.
At poſtquã optati conſedit limine tandem
Hoſpicii: plaudens undiq; turba ruit.
Vndiq; turba ruit tanto glomerata tumultu;
Vt nequeat laſſum limine ferre pedem.

Tot quoq; difficili languentia corpora morbo
Obtulerant: facili reſtituenda manu:
Vt male: uel modici: fuerit data copia ſomni:
Nec tulerit properas menſa peracta dapes.
Sicq; pagratis gallorum finibus: abbas
Contigit optato clauſtra beata pede.
Tunc nemora: & patrii lapidoſa cacumina montis:
Aſpiceres domino plaudere cuncta ſuo.
Vtq; ſolet multo non uiſam tempore matrem
Impetere: & plaudens baſia ferre puer:
Sic hilares uiſo monachi paſtore reſultant:
Oſculaq; alternis dantq; feruntq; genis.
Tunc: modo qui fuerat titulis ſuper ethera uectus:
Cernere quem magni concupiere duces:
Ecce uirum poſito ſpectares preſule ſanctum
Sarcula iam manibus corripuiſſe ſacris.
Et quibus ipſe humeris laſſus conſederat orbis
Cernitur intexo uimine ferre lutũ.
Bis centum ethereo plaudebant agmina regi:
Que bonus ex omni traxerat orbe pater.
Hec fuerant tanto populis celebrata fauore:
Sic coluit ſanctum uirq; puerq; gregem.
Totus ut ex illo iubilans contenderet orbis:
Sacratum pariter detinuiſſe ducem.
Tunc Romana ſuo decoranda antiſtite templa
Eugenium ex humili ſurripuere domo.
Tunc etiam inumerę diuerſis partibus urbes
Inde ſibi ſacrum conſtituere caput.

Talibus acta uiris nulla exagitante charybdi.
Sancta ſuper tenues cymba fluebat aquas.
Aurea iam poſito currebant ſecula faſtu.
Temporaq; hæc nullis nigra fuere malis.
Omnia diuinas reſonabant compita laudes:
Iam dabat angelicum terra fretumq; melos.
Hæc tamen ante alias longe celeberrima ualles
Quam coluit magni duxq; paterq; gregis.
Iamq; decem ſenos luſtris properantibus annos
Clauſerat extremo curua ſenecta pede.
Atq; ſeneſcenti titubantia corpore membra
Pondere continui fracta laboris erant.
Nec tamen auſteri laxauit frena ſenectus
Culminis: aut celeres ſiſtere uiſa rotas.
Sed uelut in uiridi properabat fortius æuo:
Vt leuis ad palmæ præmia currit equus.
Vtq; ſolet cantu modulos iterare canoro
Dulcius: ad mortis limina ductus olor:
Sic dedit. ille ſonos ſupremo in limite dulces:
Scriptaq; decrepiti mira fuere ſenis.
Nam pater æternos ſenio confectus amores:
Expoſuitq; ſacris oſcula lata modis.
Iamq; inſtare uidens cæleſtis gaudia uitæ
Impoſuit uili languida membra toro:
Grex bonus ingemuit: circumfuſuſq; iacenti
Talia ſollicito murmure dicta dabat.
Ergo ne iam miſeros pater o uenerande nepotes
Fert animus medio deſeruiſſe mari?

Quis nam igitur triſtes:uel quis ſolabitur egros
Paſtor?et etherei calcar amoris erit?
Quis pater attonitos inopeſq; tuebitur agnos:
Ne lanient auido uiſcera dente lupi?
Quis poterit miſeris nodos aperire latentes
Legis: & eloquii miſtica uerba ſacri?
Quis nunc torpentes animos:& frigida corda:
Curabitq; leui uulnera noſtra manu?
Ah nimium properata tuæ cita tempora uitæ:
Ah nimium lęti fata ſeuera tui.
Quid iuuat aſſiduis fatigatum uocibus: olim
Clauigerum nobis conſuluiſſe patrem:
Ne quis forte ſuo populus pro pręſule: noſtrum
Surriperet ſancta calliditate caput.
Inuida ſi noſtros nimium populata labores.
Audet honoratum tollere parca ducem.
Tu tamen o facili nutu qui ſydera torques
Necte iterum uitæ fila reſecta tuæ
Vt cum fulta tuo fuerit domus iſta labore:
Lętior acceptum cernat abire patrem.
Motus erat dictis ſenior:paulumq; lęuatis
Luminibus:tenui retulit iſta ſono.
Iam mihi ſumma quies:iam præmia læta parantur:
Dulcis adeſt tandem funeris hora mei.
Sed uos femineo quid funditis ore quærelas?
Quid iuuat emeritum detinuiſſe ſenem?
Anne prius totiens dixi mea funera uobis:
Ne ſubitus nimium lederet oſſa dolor?

Chriſtus:olympiaca fuero cum ſede locatus:
Auxilium noſtro maius ab ore pluet.
Nunc meus hic luteo circundatus aggere ſenſus
Vix habet unde ſuas contueatur opes.
Vos tantum ſuperi retinentes iuſſa parentis:
Ite per arreptum religionis iter.
Nō uos blandus honor:nō uos labor ĩprobus unq̃:
Non reuocet toto quicquid in orbe patet.
Quid mihi ſi lituos inter facileſq; choreas:
Duxiſſent letos tempora noſtra dies:
Quid mihi præterriti prodeſſent gaudia faſtus:
Vrgerent ſtygias ſi modo ferre faces?
Sed tandem tremulum uocat in ſua regna clientem
Chriſtus:& hinc celeri me iubet ire pede.
Vos igitur fratres nati:patreſq; ualete:
Et mea ſub memori condite dicta ſinu.
Talia uix breuibus dederat mandata loquelis:
Sautia ſollicito corda dolore leuans.
Cum niueus lachrymas inter gemituſq; ſuorum
Spiritus:abiecto corpore:celſus abit.
Ipſa per aereos uirgo nitidiſſima tractus:
Viſa eſt celeſtes ducere læta choros.
Purpureamq; trahens animam ſuper arce locauit
Empyrea:lateri conpoſuitq; ſuo.

¶ Sanctus Bernardus non tantum antiquis heroibus ſed chriſtianis quoq; martyribus iure optimo præponitur.

Actenus excelſi mirabar Cæſaris arma
Cui dedit ethereum martia Roma de-
h cus.
Annibaliſqꝫ trucem Romano in ſangui
ne dextram:
Et macedum clari geſta ſuperba ducis.
Mirabar patria pro libertate furentes
Scipiadas Decios: Aemilioſqꝫ graues.
Nec minus ingenti decoratum laude fatebar
Qui celerem rapido torruit igne manum.
Cuiqꝫ dedit clarum generoſo ex ordine nomen
Africa: quo fœlix conſule Roma fuit.
Et qui ſublicium tutatus pectore pontem
In tyberis rapidas deſilit altus aquas.
Quiqꝫ quirinalis poſito modo conſul aratro
Arma triumphato uictor ab hoſte tulit.
Et qui uectus equo radians fulgentibus armis
Se potuit ſiſſo pręcipitate foro.
Quiqꝫ per adiunctas priuæuo in marte catenas
Ionias tyrio ſanguine tinxit aquas.
Illum etiam titulis rebar ſuper ethera uectum
Qui tenuit phrygios obſidione lares.
Iliacoſqꝫ inter proceres: qui marte ſuperbo
Inclytus: æmonio tractus ab axe pit.
Quiqꝫ giganteo ſuperanit robore monſtra:
Vnde molorchei ſigna leonis habet.
Hos ego credideram nimiū nimiūqꝫ beatos
Qui tulerant forti nomen in aſtra manu.

Hos puer egregio ſimplex uenerabar honore:
Cum legeret numeros prima iuuenta leues.
Nunc ſi Bernardo ueteris præconia famæ
Contulerimq; meo fortia facta ſeni:
Quæ modo threicio fuerant celeberrima cantu:
Viſa puellari nunc mihi digna ſono.
Fama uetus taceat: cedant ueterumq; triumphi:
Chriſtigenam meritis ſollicitare uirum.
His etenim fictæ fuerat uirtutis imago:
Huic arethe pleno pectore uera fuit.
Hi marti & phæbo gelidis libamina ſaxis
Obtulit hic uero candida corda ioui.
Illi terrificis domuerunt barbara bellis.
Mænia: & ingenti tecta ſuperba manu.
Hic uada tartarei domuit phlegetontis: & omnes
Spirituum ſteterant addata iuſſa chori.
Hi uarios celebri ſubierunt marte labores
Pro patria pulchrum ſuccubuiſſe rati.
Hic tulit aſſidua gelidos ſub morte dolores:
Sciſmaticam cupiens conciliare fidem.
Illis falſus honos: & inanis gloria famæ:
Solus at huic chriſti cauſa laboris amor.
Forte triumphatis illi regionibus: ampla
Theſauros patriæ dona dedere ſuæ.
Hic autem miſeros moriens dat habere nepotes
Munera quę nullo ſunt moritura die.
Munera quę mores inſtaurauere pudicos
Hęc ſunt: quæ ſacra ſcripſerat ille manu.

Sed quid ego herculeas pygmeis carmine uires
Aſſimulo?et phario flumina parua mari?
Optima mutato repetam pręconia cantu:
Et pater exemplo te meliore canam.
Nam tibi cur uanos auſim conferre quirites
Qui melior quouis martyre ſanctus eras?
Grande quidem fuerat ferro flammiſq; necari
Nec tamen æternam deſeruiſſe fidem:
Maius opus ſummo uerſari in culmine rerum
Nec tamē ulla animos ambitione præmi.
Maius opus uitæ rigidum tenuiſſe cacumen.
Semper:& anguſtum relligionis iter.
Bellaq; ſpirituum telis agitata malignis
Maius opus forti corde tulliſſe fuit.
Fulmineos alii mirentur martyris arcus:
Laurentiq; auido quos tulit ore rogos.
Vulnera chriſogoni iactent.pauliq; cathenas:
Euſemiæq; truci membra reſecta manu.
Mirenturq; graues ſanctorum funera pęnas:
Bella:crucem:gladios:uerbera:tela:faces.
Solus inexhauſto mirabor corde labores.
Quos pater eterno raptus amore tulit.
Nam ſi chriſtigenum cedes:tormenta:labores
Colligis:& fuſi ſanguinis omne decus.
Cedent cuncta oneri qꝫ pertulit ille beato:
Lapſuram cupiens ſuſtinuiſſe domum.
Namq; alii lacera ſenſerunt carne dolores:
Hic autem medio uulnera corde tulit.

Ergo animus quantum membris generoſior ipſis:
Martyribus tantum celſior ille fuit.

¶ Comēdatio muneris a ſanctiſſima dei genitrice maria nobis collati cū nuper Diui Bernardi opuſcula imprimi curauit.

P Oſtq̄ ſancta polos celiq̧ decem plicis orbes:
Tranſcenditq̧ noue uirgo parenſq̧ choros.
Ethereamq̧ petēs ſociis ſpectantibus arcem
Regna tenet nullo deſtituenda die.
Humanis nunquam præcibus:noſtręq̧ ſaluti.
Defuit:aut luteas ſpernere uiſa domos.
Sed potius ſummi moderata eſt principis iras:
Spiculaq̧ in noſtros eiaculanda lares.
Auxilium ſcęleri uiſa eſt preſtaſſe nefando
Sepius:atq̧ humiles conciliaſſe reos.
Illa dedit miſeris ueniam:totumq̧ per orbem
Illius ex miti depluit ore.fauor.
Innumeros etiam populos uix egra trahentes
Oſſa fame immodicas iuſſit habere dapes.
Cumq̧ foret latias peſtis maleiacta per urbes:
Curauit ſtygiis ulcera miſſa uadis.
Illius optatos totiens experta fauores
Teſtis adeſt tanti Brixia noſtra boni.
Brixia:quæ quondam pāpulis lacerata malignis
Turgebat:medica non adeunda manu.
Brixia:quæ capitis medio confecta gerebat
Vlcera:quę ſubitę cauſa fuere necis.

Nunc autem Marie præcibus adiuta triumphat:
Et peragit lætis ocia grata choris.
Pulchraq; præcipuum Mariæ teſtantia munus
Templa locat: parii marmoris inſtar opus.
Hæc & plura: parens chriſti ſanctiſſima: nobis
Cõtulit: í miſeras offitioſa præces.
Hoc tamen audenti liceat dixiſſe camœna.
Atq; animi ſenſus exeruiſſe mei.
Humano nunq̃ generi: noſtroq; decori
Parthenice tantum muneris alma dedit.
Quantum grata ſuo nuper cũ munere: nobis
Protulit hæc breuibus ſcripta legenda notis
Protulit ipſa quidem: proprio nam diua clienti
Iuſſit ut Egregii quereret orſa ſenis.
Iuſſit: & ecce nouum fuerant quæ ſparſa per orbem.
Scripta: uolens: uno margine cũcta leges.
Scripta: triumphales celi reſerantia ualuas:
Scriptaq; communi ſuſcipienda manu.
Omnis namq; datis etaſq; ſexuſq; libellis
Perfruitur: latio ſi tamen ore ſonat.
Quiſquis ades: ſi forte tuæ tibi cura ſalutis:
Hæc fuerint animæ grandia dona tuæ.
Si cupis optata connubia ducere prole.
Atq; maritali ſuccubuiſſe iugo:
Hic potes egregios morum decerpe fructus:
Qui tribuant natis nomina rara tuis.
Si tamen eloquii tantum tibi cura nitentis.
Hic fuit eximio non Cicerone minor.

Quod ſi forte pio iuuat indulgere labori:
Et populos chriſti iuſſa docere rudes:
Hic documenta tibi uarias ſpargenda per urbes
Collige:queſitis hic meliora dabit.
Cum uoluit placido demulſit pectora ſenſu:
Cum uoluit rigido terruit ore reos.
Quod ſi cælitibus iuuat indulgere tuendis:
Tutius atq; humili delituiſſe caſa.
Hic tibi præcipuo ſemper uenerandus honore
Auctor:& æterno dignus amore coli.
Hunc relegens ſummo letus ſpatiabere cælo:
Et poteris ſtygios triſtis adire lacus.
Ante oculos noſtri pinget tibi principis ortus:
Et paſtorali numina nata domo.
Hinc atq; hinc dulci reſonat modulamine ieſus:
Et mariæ illuſtri nomina culta ſono.
Candida tartareo ſtatuiſſe ex hoſte trophæa:
Anguigerumq; docet diſſecuiſſe caput.
Et quibus ille dolis miſeros:quibus artibus alter
Decipiat paſcens ſancta per arua pecus.
Qui legit expleri nequit:ardeſcitq; legendo:
Et dolet aſſueti cum uenit hora cibi.
Efficiunt animos aliorum ſcripta tumentes:
Et nimium ſparſis luxuriare comis:
Hæc autem mundo paracletum in pectore cõdent:
Accendentq; nouis frigida corda focis.
Hæc tibi marmoreo lachrymas de pectore dulces
Elicient: animæ gaudia ſũma tuæ.

Deniq; cuncta noui ueteriſq; uolumina ſenſus
  Solus hic eximia continet arte liber.
Hæc igitur toto monachi cõtendite curſu
  Arripere: & tacito condite dicta ſinu.
Vt uos ſydereum faciant conſcendere culmen:
  Celeſteſq; inter regna tenere choros.
Vos quoq; chriſtigene: genus immortale: clientes;
  Parthenicum medio figite corde ſenem.
Vt cęli terræq; graues eliminet iras.
  Et reſeret clauſi limina celſa poli.

θεω δε η δοξα και κρατὸσ εισ τουσ αιῶνασ τῶν αιωνων.αμην.

Edita Brixiæ.iii.idus febru.M.cccclxxxxiiii.

Tabula operũ quæ in hoc uolumine continentur

Deprecatio ad glorioſam uirginem.
Sermo de miſeria humana.
De pugna ſpirituali Sermo primus.
Item de pugna ſpirituali Sermo ſecundus.
Item de pugna ſpirituli Sermo tertius.
Formula honeſtæ uitæ.
Speculum monachorum.
Eiuſdem materiæ epiſtola.
De ordine uitæ & morum inſtitutione libellus.
De uiis uitæ confeſſione.ſ.& obediẽtia & primo de confeſſione Sermo.
De obedientia Sermo.
Ex regula beatiſſimi patris Benedicti.
De gradibus humilitatis capitulum ſeptimum
Diui Ber. de gradibus humilitatis & ſuperbiæ tractatus.
Epiſtola ad fratres de monte dei de uita ſolitaria.
De diligendo deum libellus
De amore dei libelli
De ſcala clauſtralium ad Goffredum
De gratia & libero arbitrio libellus ad Guilelmum abbatem
In tractatum ſequentem ad abbatem Colũbenſem epiſtola
De præcepto & diſpenſatione libellus.
De conuerſione ad ſcolares.

Meditationes ad humanę conditionis cognitionẽ
De interiori domo.i.conſcientia edificáda libellus
Homelię ſuper Miſſus eſt.
Homelia ſiue libellus ſuper euangelio: in octauam epiphaniæ.
Declamatióes ſuper euágelio Ecce nos reliquimus omnia.
Sermones in cœna domini
Feria ſexta in paraſceue Sermo.
Sermones ſuper.p̃s.Qui habitat in adiutorio altiſſimi.
De conſideratione ad Eugenium
De charitate ſiue de diligendo deum
Super homelia ſimile eſt regnum celorum
Quedam epiſtola
Apologia ad Gulielmnm abbatem
Epiſtola ad robertum nepotem ſuum
Epiſtola de gubernatione familię
Meditatio ſuper ſalue regina
Hymnus inſtitutus ad cõmunionem

Deprecatio ad glorioſam virginē.

Liber ad lectorem.
Flebile veſtigijs: manibuſqȝ imprimere letum.
Cornutuȝ xpi vultibus os docco.

C Diui Bernardi abbatis. Clarenallenſis ordinis. Ciſtercienſis doctoris deuotiſſimi opuſcula. Et primo ad glorioſaȝ virginem Mariā deprecatio ⁊ laus elegantiſſima.

Entem et m oculos pariē cū manibus ad te regina mūdi attollimꝰ ⁊ corā tue celſitudis gloria genuflectimus ceruicē inclinamus: ac plenis ſuſpirijs: ad te preces in celum tranſmittimus. Tu altitudo celi beatos oculos tuos quibus incōprehenſibilem gloriam illam lucis eterne cuȝ deſiderio ſemper intueris ad tuos ſupplices in hanc mūdi miſeriam proiectos de alto iclinare non deſpicias. Et ecce coram tremendo iudice peccatores aſſiſtimus cuius manus terribilis gladium ire ſue vibrat ſup nos: et qs auertet eam? Nemo domina tam idoneus: vt gladio domini manuȝ pro nobis obiciat: vt tu dei amantiſſima per quā primū in terris ſuſcepimus miſericordiam de manu domini dei noſtri. Aperi itaqȝ tu mat miſericordie benigniſſimi cordis ianuā ſuſpiroſis precatibus filiorȝ adam. Et omnibus finibus terre ad tue protectionis vmbraculum confugimus a facie formidinis fortitudinis dei. Ad te domina mea ſtillant oculi noſtri te deuotionis clamore valido obſecramꝰ vt filij tui domini noſtri irā quaȝ grauiter peccando ſuccendimus: erga nos mitiges cuiuſqȝ gratiam a qua ingrati excidimus. nobis tua cōciliet: cuius liuore ſanati ſumus: ciꝰ iteruȝ medelā depoſcimus: qꝛ putruerūt ⁊ corrupte ſunt cicatrices noſtre ⁊ non eſt in nobis ſanitas. Attende domina ⁊ vide dolores vulnerum anime noſtre: qꝛ tibi reuelamus cauſam noſtram cum fiducia. Te. n. ineſtimabilis benignitatis feminā ⁊ venerandā matreȝ eſſe cognoſcimus et eo ꝙ tu mūdū hunc imundū ⁊ lubricū: impolluto calle tranſiſti ⁊ adhuc inter peccatores degens: tanta ante deum ſanctitate fecundaris: vt ſola ſolio regis eterni imediate approximare merueris. Tu peccatoreȝ ꝗ̄tūlibet fetidū: non horres non deſpicis ſi ad te ſuſpirauerit tuūqȝ interuentū penitenti corde flagitauerit. Tu illū a deſperationis barathro pia manu retrahis: ſpei medicamen aſpiras: foues nō deſpicis quouſqȝ horrendo iudici miſerum reconcilies. Famoſum huius tue benignitatis teſtimoniuȝ eſt ꝑ te reſtauratus theophilus gratie. Nec mirū o domina ſi tam copioſo oleo miſericordie tui cordis pfuſū eſt ſolarium cum illud ineſtimabile opus miſericordie. ꝙ pdeſtinauit deus ante ſecula in redemptionem noſtram primū in te a mundi artifice ſit fabricatū. Quando enim

placuit gratie ſuperne vt habitaret in nobis a qbus elongata fuerat tu ſola inuenta es digna vt in tua virginali aula rex regum ⁊ dominus dominantiū a regalib⁹ ſedibus veniens ꝑmam ſibi māſionez inter filios hominū eligeret Uere beneplacitum fuit deo habitare in te quādo ex ipa illibata carniſ ſubſtātia q̄ſi de lignis libani architectura ineffabili domū ſibi edificauit dei ſapientia ſuſulſit eā ſeptem columnis argenteis ac reclinatoriū aureū in ea collocauit Ibi ſunt ſeptem ſpūs dei ⁊ hec eſt vnica illa ſaluatoris femina in qua ſola q̄ſita in omnibus requiē inuenit atq₃ in eius ſinū oēs theſauros ſuos abſq₃ mēſura tranſfudit Uñ bene ſancto ſpūi in te complacuit o maria cū tam diuinis miſterijs vterū tuum cōſecrare dignatus eſt ipſe eſt.n.ignis conſumēs qui ſanctiſſimā animam tuam totā inflammanit ſeipſo atq₃ ſplēdore diuine maieſtatis īpleuit:tuūq₃ vterꝫ ieffabili mō fecūdauit. Fecitq₃ vt deū et hoīez clauſa conciperes clauſa pareres ⁊ poſt ꝑtū virgo ꝑmaneres Iā ergo vterꝫ tuū dn̄a velut ſacratiſſimuz dei viui tēplum tot⁹ mundus venerett: In eo ſalus mundi iniciata eſt.ibi decorem indutus ē dei filius ac preelecte ſponſe ſue eccleſie formoſus in ſtola candida exultanter occurrit deſideratum diu oſculū preelegit ac predeſtinatas a ſeculo nuptias:virgo cum virgine prelibauit Ibi ruptus ē paries inimicitiaꝝ quē int̄ celū ⁊ terrā ꝑtoplauſtorum inobediētia cōſtruxerat. Ibi cōfederata ſunt terrenis celeſtia ⁊ obiuauerunt ſibi in oſculo pacis:qñ in vnā eandēq₃ perſonā cōcurrerunt diuinitas ⁊ humanitas:factūq₃ eſt nouum illud ſuper terrā vt eſſet deus hō ⁊ hō deus: Ibi magnus helyſeus in menſuram ſuſcitandi pueri ſeſe contraxit. Ibi antiquus dierū ꝑelecto filio ſuo tunicam induit polymitaz. Ibi rebeccha futuroꝝ preſcia magnificandi filij manib⁹ pelliculas edoꝝ circūdedit ⁊ colli nuda ꝓtexit. Ibi.n. cooperante gratia ſpūs ſancti filius a deo pr̄e hereditandus in omnibus gentibus diuine maieſtatiſ potētiā ſimilitudine carnis peccati cooperuit.⁊ quaſi abſconditus eſt vultus eius in infirmitate.vnde nec reputanimus eū: Ibi conſilij prouidentia ineſcatus ē hamus qui ad extrahēdū ſerpētem antiquum in hoc mare magnum de celo traiectus eſt: Inde egreſſa eſt armilla aurea vt perforaretur maxilla leuiathan.vt euomeret mortuos non ſuos quos ab origine mundi ſecure degluti uerat. Ortus deliciarum nobis ſacratiſſimus tuus vter⁹ o maria.qr ex eo multiplices gaudij flores colligimus quotiens mente recolim⁹ q̄ꝫ magna multitudo dulcedinis toti orbi inde refulſit Ortus concluſus tu es dei genitrix ad quem deflorendum manus peccatoris nunquā introiuit: Tu ſanctorum aureola aromatum a celeſti confita pigmentario virtutum omnium-

Deprecatio ad glorioſam virginē.

ſpecioſis florib⁹ delectabiliter ver
naris inter quos pulcherimos flo
res tres miramur in te excellentiſ
ſima. Hi ſunt quorum odore ſua
uiſſimo totam domum domini re
ples. O maria viola humilitatis li
lium caſtitatis. roſa charitatis: me
rito de dei aureola flos ille ſpecio
ſus preſilijs paradiſi ellectus eſt
egreſſus ſuper quem requieuit ſpi
ritus domini: Et cui te aſſimilabi
mus mater pulchritudinis: Uere
paradiſus dei tu es quia lignum
vite mundo protuliſti: de quo qui
manducauerit uiuet in eternum
fons vite qui ex ore altiſſimi ꝓdijt
de medio ventris tui exiluit atq3
in te in quattuor capita ſeſe diſper
gens ad irrigandam faciem aren
tis mundi emanauit letificans ci
uitatem dei: Omnis enim qui bi
berit ex eo non ſitiet in eternum: et
erit pluſq3 paradiſus hic de cuius
aqua ſi quis biberit ſitiet iterum.
O quanta mundo contuliſti que
tam ſalubris aqueductus eſſe me
ruiſti O lāpas luculentiſſima quā
tos letificaſti quando ſplendore
dei illuſtrata deſideratum illud lu
men. quo inuenta eſt drachma de
cima. ſedentibus in vmbra mor
tis protuliſti. Te nimirum ille epi
talamij precentor a longe intuitus
cum admirationis voce ita proru
pit Que eſt iſta que progreditur.
velut aurora conſurgens. pulchra
vt luna electa ut ſol terrribilis vt
caſtrorum acies ordinata: Sicut
aurora valde rutilans in mundo
progreſſa es o maria quando ve
ri ſolis ſplendorem tante ſanctita
tis iubare precurriſti: vt vere diem
ſalutis dixerim diem propitiatio
nis: diem quē fecit dominus quē
tue claritati initiari dignum fuit
Felix aurora felicis diei extitiſti nū
tia talis dies talem auroram diei
decuit: et recte quidem aurore im
pleſti officium: Ipſe enim ſol iu
ſticie de te proceſſurus ortum ſu
um quadam matutina irradratio
ne preueniens in te lucis ſue radi
os copioſe tranſfudit quibus po
teſtates tenebrarum quas eua ꝑ
duxerat in fugam conuertiſti atq3
ita deſideratum cunctis gentibus
ſolem mundi inueniſti Tu pulchra
vt luna diceris eiq3 non immerito
compararis: Illa enim omnium.
aſtrorum ſola ſoli ſimilima compa
ratione et candore venuſta argen
teo ceteris in celo premicat ſideri
bus. Tu vero ſolis imago expreſ
ſiſſima inter milia aſtrorum deo
aſtantium virginali puritate in
celo glorioſa preſulges. Illa enim
tranſfuſo in ſe ſolari lumine noctē
noſtram illuminat tu virtutū tibi
a deo inditarum magnificis exem
plis ad imitationem tui nos ꝓuo
cas. ſicq3 noctem noſtram illumi
nas. Qui enim vias tuas inſecta
tus fuerit non ambulabit in tene
bris: ſed lumen vite inueniet. Tu
ergo pulcra es vt luna imo ⁊ pul
chrior luna q2 tota pulchra es ⁊
macula nō eſt in te: neq3 viceſſitu
dinis obūbratio. Tu electa es vt
ſol: ille iniq3 ſol ſolis conditor: ille
enim electus eſt ex milibus viroꝝ

tu electa ex milibus feminaꝝ. Jlle electus ex omnibus que ſunt: tu electa ex oībus que ꝑ illū ſunt: tu terribilis vt caſtroꝝ acies ordinata. Quid enim? An nō horruerūt principes tenebrarum quando viderunt preter mores armatura oī fortiore inſtructā contra ſe ꝓcedere feminā. feminā fortem ad bella doctiſſimā cuius enſis ſuꝑ femur ſuum ꝓpter timores nocturnos. Jn circuitu eius acies validas ſpiritualiū virtutū ſuo ſe inuicem ordine tuentium ſiquidem ordinatione pſeuerat dies: ſꝫ ⁊ innumerabilium beatorū ſpirituū militiam ad miniſteriū tanti principis delegatam fuiſſe nullatenus ambigimus vtpote qui cuſtodirent lectulū ſalomonis gratiſſimū ac prouiderēt ne preparatū eterno regi hoſpitiū alienus hoſpes inuaderet. Nimiꝝ timor ⁊ tremor venerunt ſuꝑ eos ita ꝙ dicerent ecce pluſq̄ eua hec caſtra dei ſūt hec: fugiamꝰ iſraelē. Tu ergo bellatrix egregia primo eū qui ꝓmꝰ oia ſupplantauit expugnare viriliter aggreſſa es: tu ⁊ ſpiritum elationis eue vertice humilitatis cōploſiſti. qm̄ in te ita reſpexit dn̄s vt ipſius merito ſuper oēs choros āgeloꝝ te ſublimari dignā eſtimauerit. Nunq̄.n. ſuꝑ omnes angelos glorificata aſcēdiſſes niſi prius infra oēs hoīes humiliata deſcendiſſes. Tu ⁊ ardores vetite concupiſcentie virtute caſtitatis ī tua carne virginea eatenus extinxiſti: vt his in cuius conſpectu nec aſtra munda ſunt tante munditie carnem tuam iudicauerit vt etiaꝫ ſue diuine puritati aglutinare nō deſpexerit. His ergo primarijs ducibus tenebraꝝ a te fortiter expugnatis: omnis ante faciem tuā ſpiritualiū nequitiarum milicia in fugam conuerſa eſt. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei genitrix. Sꝫ adhuc locus eſt tue laudi. adhuc in tuis laudibus oīs lingua balbutit. Non.n. ſunt loquele neqꝫ ſermones in natione que ſub celo eſt quibus amplitudo glorie tue ad plenum valeat explicari. O pia o magna o multum amabilis maria tu nec noīari qdē potes quin accēdas: nec cogitari quin recrees affectus diligentiū te: tu nūq̄ ſine dulcedine diuinitus tibi inſita memorie portas ingrederis. Et nunc ſequimur te o dn̄a ex totis precordijs vociferātes ad te adiuua imbecillitatem noſtram aufer opprobriuꝫ noſtrum. Uides hanc tunicā pelliceam que nos circundedit tunica eue parētis noſtre eſt: quā ad nos olim miſera illa tranſmiſit ⁊ ſuper veſtiuit carnem filioruꝫ ſuoꝝ ſicut diploide confuſiōe ſua. De manu ipſius quippe duplicis mali ſemē terra noſtra ſuſcepit ⁊ concepit et pepit nobis ſpinas ⁊ tribulos iniquitatis in anima calamitatis in corpore ac per hoc mortē vtrobiq̄ O infelix hereditas o dira humane carnis infirmitas vſqꝫ quo patiemur te? Multuꝫ dorſa noſtra incuruaſti: qꝛ grauis es valde ⁊ diu te ſuſtinuimus. Multum minuiſti nos ab angelis: equo ⁊ iumentis ī

ſapientibus coequaſti: nimis inualuiſti: que nõ niſi morte filij dei ſanari potuiſti nimis ſuper nos te ex tuliſti qñ ⁊ vſq; ad eum qui ſuper omnia eſt incaute aſcendiſti. Et qſ liberabit nos a corruptela huius miſerime pellicule? gratia ſaluato ris noſtri filij tui o maria qui vt infirma noſtra tolleret ſponte infirmatus ⁊ vt mors mortis nr̃e ipſe fieret innocens pro peccatoribus mortuus eſt. Et quis tam idoneus vt loqnatur ad cor domini noſtri ieſu xp̃i vt tu felix maria que in ſecretiſſimis amplexibus amantiſſimi filij tui cubas in meridie ſempi terno eiuſq; familiariſſimo colloquio cum plena cordis leticia per frueris? Loquere dñã q? audit filius tuus ⁊ quecũq; petieris impe trabis. Inuoca bonũ nomen eius ſup nos vt curemur a vetuſta hac lepra carnis ⁊ ſpiritus. Exſuge vi rus hoc mortiferũ quod de pomi ſui reliquijs eua nobis propinauit quando ſuci noxialis guſtu ebriata eſt ⁊ reliquias dimiſit paruulis ſuis. Utinã poculu; ſuũ ebria illa aut totũ ebibiſſet aut diffudiſſet.

Te dñã exorante oẽ iugum nr̃m cõputreſcat a facie olei diuine miſericordie renouetur vt aquile iuuentus noſtra: vt noui noua voce nouũ canticum nouis ciuibus ag gregati illic vbi noua ſunt omnia iubilũ ſempiternum celebrantes ĩ cimbalis iubilationis concinam⁹. Tollat̃ hec craſſa nebula ab oculis vt reuelata facie gloriã dñi ſpe culantes in imenſum illud pelag⁹ diuini luminis abſorbeamur a domini ſpiritu ac deo nr̃o in vinculiſ charitatis aſtricti vnũ cu; ipſo efficiamur. Preſtet ⁊ hoc nobis tuo interuentu o maria filius tuus Je ſus xp̃s deus ⁊ dñs noſter Cui laus ⁊ gloria ⁊ gratiaꝝ actio in ſem piterna ſecula Amen.

¶ Diui Bernardi abbatis de miſeria humana ſermo.

o Homo q ex anima rationali ⁊ humana carne ſubſiſtis conditioniſ miſere. repletus multis miſerijs. Miſer ⁊ miſerabilis homo pauper cecus nud⁹ plurimis neceſſitatibus ſubditus: ad cor tuum reuertere. Quid foris vagaris? quid foris queris? quid ĩ carnalibus ſtudes? qd in ſecularibus te implicaſ? quid ĩ vanitatib⁹ te inuoluis in inferioribus delectaris? Et ab oibus interioribus ⁊ ſuperioribus elongaris: per ea q̃ foris ſũt diffunderis? Quãto magis ad mundum accedis: tanto longius a deo recedis. Quanto magis foris es ſapiens tanto magis intuſ ſtultus efficeris. Quanto magis extra lucraris tanto magis intus perdis. Quanto magis in hijs que foris ſunt vagaris tanto magis in tus euacuaris. Quanto magis in temporalibus es ſolicitus tanto magis es mendicus in ſpiritualib⁹ Quid eſt homo ꝙ omnia ordinas ⁊ te ipſum nõ vis ordinare? Quid in omnibus es prudens ⁊ circa te metipſu; es inſipiens? Quid eſt ꝙ ad oĩa que foris ſunt ſolicitus es

Filargiri a in gemina diſtinguit. pena .i. cōcupiſcentia rei augende: ⁊ in metu carende. Est ⁊ tertiū genus peſtis hui⁹: qñ monachus ex ipſis neceſſarijs ſine qbus viuere nō pōt plus d̃ſiderat habere q̄3 neceſſe ſit: aut ea volum⁹ in monaſterijs poſſidere: q̄ ſi eſſem⁹ in ſeculo minime habere valerem⁹.

Ire gñā tria ſunt. Unū qd ardet intrinſecus: alind qd in verbū ſine opis effectu prūpit: tertiū qd non vt illud feruēs ad horā dirigit̄. ſed p dies ⁊ tpa reſeruat̄. Ex illo qppe calor ⁊ indignatio ex iſto naſcitur odiū: q̄ oīa equali ſunt a nobis horrore damnāda.

Triſtitie vitiū in tres diuidit̄ ptes: quaꝝ p̄ma tēperata ē: ⁊ ratiōabilis de delictoꝝ penitudine ueniens. Altera pturbata ⁊ irrationabilis de anxietate met⁹. ſeu de deſpatiōe pctōꝝ exoriens. Tertia de irracūdia vel de illato damno ac deſiderio prepedito procedens.

Accidie gñā duo ſunt. Unū3 qd ad opus dei pigritare monachum ac dormitare cōpellit. Aliud quod vagari huc illucq3 facit: ac fugere cohortat̄: de fratrū cu3 qbus viuit ſocietate. Hec ſcilicet ſex vitia quadā inter ſe cognatiōe ſunt cōiūcta ita vt poris exuberātia. ſequētis efficiat̄ exordiū. Ex primo eni3 ſcdm: ex ſcdo tertiū: ⁊ ſic de ceteriſ. Et ſō ecōtra ſimili mō atq3 eadē rōe pugnādū ē: q2 primo deuicto: alid facilius de vincit̄. Et iſta vitia l3 inuicē ſibi ſint conexa ea q̄ dixim⁹ ratiōe ſpecialius tñ in tres copulas diuidenda ſunt. Caſtrimargie: fornicatio. Auaritie ira: triſtitie accidia peculiari conſortio federant̄. Sed his ſuperatis maior tibi reſtat pugna: et tanto grauior: quanto iſta amplius fuerint victa. Arripiendum namq3 tibi eſt: totis viribus iuge certamen: contra crudeliſſimam ⁊ triformem beſtiam .i. ſuperbiam: inanem gloriam ⁊ inuidiam: Cuius in vno corpore tria capita. ⁊ in ipſis capitibus dentes ferrei cominuentes omnia. O quā multos viros hec immaniſſima beſtia momordit ⁊ diecit: atq3 ſub pedibus ſuis conculcauit. Circūda itaq3 tibi fortem armatura3 vt poſſis ſtare contra tantam nequitia3. Indue tellorica charitatis. accigete gladio ſpiritus: qui eſt verbum dei. ſume ſcutum fidei: pone galea3 ſalutis. ⁊ ſpei in capite tuo. ſint pedes tui calciati in preparationem euangelij pacis: vt nullus in te pateat locus inſidijs potentis aduerſarij. Caput ſuperbie: ſicut caput vipere: furor eius vt furor draconis: ⁊ ſtatus eius letifer vt inſanabilis ſtatas reguli. Illud eni3 p̄ ſtaflatus ceteris: tres venenatas: ex vipereo ore ad feriendum educit linguas. Prima eos percutit q per trāſgreſſionis culpam cōtemp

tui habent diuina precepta. Scđa illos qui ex ꝯſeruatione mandatorum extollunt in elatione virtutū. Tertia eos qui per contumatiam mentis ſubdiꝰ dedignant maiorū imperijs. Quidā autem pro carnalibus quidam pro ſpūalibus ſupbiunt: et eſt vna ſupbia ſub diuerſo colore.

Zenodoxie alterum caput multiforme prodigiū ⁊ multiplex maluȝ diras voceſ ⁊ rugitus terribiles ex turgidis faucibꝰ quadriptito modo altius efflat. Nam ſunt qui habent dona: ⁊ donantē ignorāt. Et ſunt qui ſe dicunt pro ſuis precedētibus meritis dona accepiſſe nō ꝑ gratia largientis. Itē quidaȝ ſunt qui qđ nō habeant habere ſe ꝑ timorem exiſtimant. Sunt ⁊ alij qui ꝯtēnendo ceteros putant ſe habere aliqd ſingulariter. Sed iſta elatio ceteris pernitioſior eſt. de ſingularitate iactantie veniēs. Hec aūt dira lues q̄uis ſe ad alta erigat ⁊ impleat clamoribus aures: nō tam̄ ei iuxta q̄ꝫ habet extollentiā: eſt vis ⁊ potentia.

Ipa quoqꝫ inuidia duplices euomit flāmas. Hoc aūt caput tertiuȝ modo illū vrit qui meliori inuidet in id qđ ipſe non eſt. modo illū afficit q̄ quēlibet ꝯſimilē dolet ſibi eē equalē. Ut hec tria diſcernere valeas: iſta do tibi inditia. Superbia enim rubet. Zenodoxia albet: inuidia palet. Furor igneus in ſupbis ex indignatione: cādor in hypocritis ex ſimulatiōe: pallor in inuidis ex nimio dolore. His ita digeſtis rectius ſeptem criminalia vitia denotantur q̄ꝫ dinumerant: vt mihi videt: q: ſicut princeps ſeptē vitiorum diabolus: nos eoꝝ ſubdit poteſtatibꝰ. Ita xp̄s deus nr̄ ſpiritu ſeptiformis gr̄e plenꝰ a dn̄atu ipſorum eruit ⁊ ſibi ſubditos facit. Sȝ ſcire te oportet q: iſta vitia diuerſos ortus ⁊ diſſimiles efficientias hn̄t. Gula enim ⁊ fornicatio: q: nō niſi per corpus expleri poſſunt carnalia ſūt: ⁊ ideo corporali indigēt afflictione: ſimulqꝫ remotioribꝰ locis: vt velocius curari queāt. Auaritia ⁊ irā licet non ſint vnius nature: nam prior extra naturā eſt ſequēs aūt originale videt: q: homo iraſibile animal eſt. ſimili tn̄ oriunt modo. ſiqdem cōmotionis cauſas extrinſecus concipiūt. Triſticia et accidia nulla extrinſecus accedente ꝓuocatione generari ſolēt. Superbia zenodoxia atqꝫ inuidia ſine corporali miniſterio ꝯſumant. Ad hec curanda: que ſpūalia dicūtur multū ꝓſunt humana ꝯſortia. maxime ſi inter bonos prudēteſqꝫ viros. viuas: q illa ſemp redarguant Sed inter hec ſciendū eſt: ꝙ in quibuſdā ventris ingluuies: inquibuſdam fornicatio. principalem optiet locuȝ. In alijs ſupbia in alijs zenodoxia arcē tenet. In quibuſdā ira inquibuſdam auaricia ſeu triſticia aut aliquid eoꝝ ſibi tirānidē vendicat. Et ideo oportet vnūquemqꝫ nr̄m ſcđm qualitatē belli quo p̄ncipaliter infeſtatur: pugnam arripeꝛ ita vt aliuȝ neceſſe ſit aduerſus vitium qđ tertiū ponitur primū exer

cere conflictum. Alium ꝯtra quartum: ſeu quintum: ⁊ ita ꝑut vitia i nobis optinēt ꝑncipatū: vtqꝫ īpugnatiōis exigit modus: nos quoqꝫ oportet ordinem inſtruere ꝑliorūꝫ ⁊ ſic ꝯtra illud vnū fortiter pugnemus: vt alia a quibus minus ipugnamur non negligamus atqꝫ ita totis viribus laboremus: vt nō de noſtris laboribus: ſed de dei auxilio ꝯfidamus. Hoc enim modo ad puritatē cordis: ⁊ ad plenitudineꝫ ꝟtutū valeam⁹ xp̄o adiuuāte puenire. Illud ēt nō min⁹ te ſcire volo: q꞉ varie in oib⁹ ſunt ꝯſpartiones. Vñ alia vitia tranqllis ⁊ leuibus: morib⁹ alia duriſ ⁊ aſpiſ vicina ſꝫ. Sepe auteꝫ qđ iſtis placet illis diſplicet. Diabolus enim dū decipe quēqꝫ querit pri⁹ naturā vniuſcuiuſqꝫ intendit: ⁊ inde ſe applicat. Unde hoiem aptum ad peccatum inſpexerit ex ea quippe pte hoiem diabolus tēptat. qua eū ꝑ excreſcētem humorē facile ad vitia inclinari conſpicit: vt ſecūdū humoris cōſperſioneꝫ: adhibeat temptationē. Nullus ergo culpā nō extimet: qꝫ ex conſperſione ꝓpria ſuſtinet: ſed qꝫtum valet contra id qđ tollerat pugnet. Nam ſi cōſperſioni cedit. temptationi vel vitio nequaqꝫ reſiſtit. Igiꝭ conſtantes ⁊ duri mores. ſemper cōtra ſuꝑbiam irā ⁊ crudelitatem pariter repugnent. Iocūdi aūt. ⁊ leues cōtra inanē gloriā hypocriſim ⁊ falſam pietatē precipue certare ⁊ non ceſſent. Iſtud namqꝫ hoiuꝫ genus: laudis amore facili⁹ capitur. Nemini volunt diſpliceꝛ.

Omnes equanimiter portare vident̄ur. decipiunt: ⁊ decipiunꝭ ⁊ quanto hoibus placent: tanto fiunt deo odibiles. Scriptū eſt. Aſtuti ⁊ ſimulatores ꝓuocant iram dei. Boni. n. viri timentes deū idipſum qđ eſſe meruerunt. videri refugiūt. Sane laus humana bonos cruciat. malos letificat. Dupliciter aūt dānantur hypocrite ſiue pro oculta iniqtate: ſiue pro aperta ſimulatione. Nam ſemꝑ iacent hypocrite. Omne ſincerū permanet. Nam q̄ ſimulata ſunt diuturna eſſe nō poſſunt hypocrite foris candidi. intus ſordidi. Amator vaneglorie vñ poſſit laudari agere nō quieſcit. Nōnulli falſa opinione arrogantie. ſe perfectos eſſe exiſtimant dū non ſunt. qui obortis temptationibus innoteſcunt. Tanto qs ſit veritati vicinior. qꝫto ſe longius eē ab ea fuerit arbitratus. Eſt humilitas formidinis ⁊ ignorātie. q̄ non eſt laude digna. Hyprocrita verba ſanctoruꝫ habet vitā ſcōꝝ nō hꝫ cui ſemꝑ iactantia oculos qbus deus videri pōt claudit. Suꝑbis ⁊ libidinoſis plus dñatur diabolus. Tranſacta libido ſemꝑ ſui reliqt penitudineꝫ nunqꝫ ſatiaꝭ. ⁊ extincta reaccēdiꝭ. Ue illi qui tūc habuit terminū luxurie qñ vite. Quō vinū cōtra potantē facit. ⁊ poſtqꝫ ſurrexerit neqꝫ pes neqꝫ manus ſuū officiū tenēt ⁊ oīs eius ylaratio vertiꝭ in ruinā Uir ſuꝑbus nec decorabiꝭ. nec voluntatem ſuam perducet ad fineꝫ. Semper eniꝫ conſcientia ſerui dei humilis debet eſſe ⁊ triſtis. ſ. vt per

humilitatē nō ſuperbiat. ⁊ per vti
lē merorem cor ad luxuriam non
diſſoluat. Dei ſeruū ſine intermiſ-
ſione legere. orare ⁊ operari opor-
tet. ne forte mentem otio deditam
vitia ſibi preoccupent. Mens chri
ſto dicata ſic caueat mīora. vt ma
iora. q2 a minimis incipiunt qui in
maxima ꝓruunt. Satis delicate ſe
palpat q vult ſine labore magno
ſtudioq3 ꝯtinuo vel vitia ſupare.
vel virtutes acqrere. Anima autē
mole carnis p̄ſſa. ſicut difficile ad
virtutes ſurgit: ita facile ī vitia ca
dit: q2 iſta in imo ſunt: ille vero in
ſūma arce ꝯſiſtunt. Deniq3 nōnul
li quia nō pro dei amore ſeculo re
nunciant: laborare nō curāt. Uti-
nam quod mundū relinquimus:
voluntas ſit nō neceſſitas. Qui.n.
non rigida intentione monachi ꝓ
feſſionem ſectantur: quāto ſuperni
amoris propoſitum diſſolute appe
tunt: tanto pelinius a mundi amo
re denuo reducunť. Ex quib⁹ alij
corporis voluptatem: alij honorē
requirunt. Sed q ad hoc ꝯuerſa-
tioneȝ ſanctitatis pretēdit: vt alijs
quādoq3 preeſſe deſideret: iſte nō
diſcipulus xpi: ſed prauitatis ſecta
tor exiſtit. Ferre enim crucē ⁊ non
mori ypocritarū eſt. Ille autē qui
ſe pro deo duritie tradit monacho
rū: aſſiduis debet eſſe in orationi-
bus lachrimas ſuas deo: nō homi
nibus offerre: ieiunia in aurige mo
dū prolaſſitudine ⁊ viribus corpo
ris tēperare. Quapropter non pi-
geat te bone frater quantū potes
actibus ſanctis inſiſtere: vt laboris
tui fructus qn̄q3 poſſis recipere.
Hoc ſolum attende ꝙ monach⁹
factus es: ⁊ ideo ea age que mōa
chi ſunt. Inter eos cuȝ quibus vi
uis ſectare meliores. In omni gra
du ⁊ ordine optimis: ꝑmixta ſunt
peſſima. Animoſos ſenes ⁊ perti-
naces: quos vides in his abunda
re periculoſis tēporibus: noli imi-
tari. Mores vitāq3 illorū fuge: ne
tibi ſint in laqueū ⁊ ruinam. O ꝗ̄
multos iudices iſrael turpiter vitā
ſuam negligentes: rex babilonis in
terram captiuitatis ⁊ confuſiōis
poſſidet: ⁊ ꝗ̄ multi iuuenes ſpiritu
feruētes dn̄o ſeruiētes vim faciūt
celo: totiſq3 viribus ſibi diripiunt
illud. Utinam talium preconia iu-
uenū. noſtri imitarenť ſenes vt an
noſa redderet ſenecta: qđ tenera
fert ſponte adoleſcentia. Si tu vis
ꝓficere nō reſpitias qđ mali fati-
ant alij: ſed quid boni ipſe facere
debeas. Nonne cernis negotiato-
res ⁊ milites multa ſuſtinere peri-
cula: vt ad incertos honores ⁊ pe-
rituras diuitias ꝑueniant. Iſti qp
pe ſeruant cū anime diſcrimine: ꝗ
cum pluribus tribulationibus in-
ueniunt. Quid tibi dic rogo fatien
dū eſt: q venditis oībus pretioſaȝ
queris margaritā ⁊ emptū habes
agrū vbi theſaur⁹ latet quē fur au
ferre nō pōt: Neceſſe eſt tibi oēs ī-
ſidias p̄cauere ſolicite: ne ſi ruinaȝ
paſſus fueris: ꝓ gloria h̄eas igno-
miniam. Quāuis ſis in tuto noli
eē ſecur⁹. Freqn̄ter in media trā
qllitate vitiorū ſirtib⁹ incauti ⁊ viri
des obruūť. Quāta ꝓdolor aīan-

tia nutrit huius ſeculi deſtū:q̄ negligētes mōachos duris morſib⁹ dpaſcūt. Et qm̄ credo te poſſe pl⁹ proficere oratione:q̄ iſta noſtra exortatōe:addā ⁊ formulā orandi:vt legēdo ⁊ orādo eſurienti aīe duplicē tribuas refectionē:⁊ qd deſideras apud deū:facilius valeas optinere. Nimio eniȝ coactus deſiderio qd de ſalute tua habeo. iſtd ſupra vires meas aſſūpſi negotium: vt vinculis verboꝝ meoꝝ ad īſtructionē tuā patrū ſentētias colligerē. Hec tu meditare:hec in tabuliſ cordis tui ſcribe. Et vt ſcias ꝑ quā viā incedere debeas: ⁊ vt pficere poſſis ope:qd diſcis lectione: clama ad deū ſine quo nihil bōi agitur clama ꝑcor clamore magno in toto corde tuo:⁊ flebiliſ ſupplexqȝ tu ora hoc modo.

Pars tua ſumus dn̄e q̄ꝫ tuliſti d manu amorei in gladio ⁊ in arcu tuo. Gladius tu⁹ viu⁹ ⁊ efficax:arcus tuus incarnatio tua. Ibi eniȝ velut curuato ſapiētie ligno:⁊ ipa quodāmodo flexa diuinitate neruus carnis vehemēter extenſus:⁊ hūanitas ineffabiliter acta cognoſcit̄. Pars ḡ tua ſum⁹ ⁊ populus acqſitionis tue q̄ꝫ acqſiſti verbo ꝑdicatiōis tue: ⁊ miſterio incarnationis.

Incircūciſione dn̄i: nec neru⁹ rūpit̄ nec os cōminuitur:vt robuſtiora queq̄ꝫ ⁊ īfirmiora ſuētur illeſa. Aperit̄ autem cutis amputat̄ caro:ſanguis effundit̄:vt illecebroſa mollities caſtigetur. In carne quidem peccatū quod in ea manet intellige. Hec igit̄ verba circūciſionis ſpiritu non littera implebis ſi velamē excuſationis ⁊ diſſimulationis per cōpūctionē cordis ⁊ cōfeſſionē oris amoueaſ ſi peccati cōſuetudineȝ: correctione ꝯuerſationis abſcīdas:ſi deniqȝ vt neceſſariū eſt:occaſiones quoqȝ peccati ⁊ fomitem fugias ꝯcupiſcentiarum.

Tres riui ſalutis fluxerunt a corpore ieſu. verbum doloris in quo ꝯfeſſio. ſanguis aſperſionis. in quo afflictio. aqua emūdatiōis. in quo cōpunctio.

¶ Diui Ber. abbatis de vijs vite confeſſione. ſ. ⁊ obediētia. ⁊ primo de confeſſione ſermo.

Otas mihi feciſti vias vite adimplebiſ me letitia cū vultu tuo. delectatiōes in dextera tua vſqȝ in fineȝ. Ad te quidem libenter accedimus dn̄e ieſu: diſcipuli ad magiſtrum infirmi ad medicū. ad dn̄m ſerui. Tu es eniȝ magiſter ⁊ dn̄s cuius ſcola ē in terris ⁊ cathedra in celis. Tu es ille eximius medicus qui ſolo verbo reſtauras vniuerſa. Uias tuas domine demonſtra nobis ⁊ ſemitas tuas edoce nos. Uie eniȝ tue vie pulchre. ⁊ omnes ſemite tue pacifice. Beati qui ambulant in via tua domine virtutum. beatiores qui currunt viam mandatorum tuorum qui currunt in odorem vnguentorum tuorū. Exultas enim vt gigas ad currendam viam. ⁊ non ſolum currens. ſed et ſaliens in mon-

tibus tranſiliens colles. Exultaue runt gigantes philoſophi non ad currendā viam: ſed ad currendaꝫ gloriā vanā: euaneſcentes in cogitationibus ſuis: nō humiliati i virtutibus ſuis. Viaꝫ enim ſapientie neſcierūt neqꝫ meminerūt ſemitarū eius. Nō enim in chanaā: neqꝫ viſa eſt in theman. Maledicti qui dixerūt dn̄o ieſu recede a nobis: ſcientiā viaruꝫ tuarum nolumus. Nos querimus te de die in diem: ⁊ ſcire vias tuas volumus. Principales vie tue due ſunt: confeſſio ⁊ obedientia. In cōfeſſione crimina lauantur. In obediētia virtutes ſolidantur. Bonū anime ornamentum confeſſio: que peccatoreꝫ purgat: ⁊ iuſtum reddit purgatiorē. Si peccata ſunt: in ꝯfeſſione lauantur: ſi bona opera: in confeſſione ſolidantur. Cū mala tua confiteris: ſacrificium deo ſpiritus contribulatus: cū dei beneficia immolas ſacrificiū laudis. Abſqꝫ cōfeſſione iuſtus inglorius iudicatur: ⁊ peccator mortuus reputat̄. Cōfeſſio igitur ꝯ peccatoris vita iuſti gloria. Video dauid dicentem peccaui ⁊ audientē: dn̄s tranſtulit peccatum a te: ⁊ nō morieris. Conſidero mariam: ſi nō verbis: tamē operibus ſua publice crimina confitentem: ⁊ dn̄m pro ea rn̄dentem. dimiſſa ſunt ei peccata multa: qꝛ dilexit multū. Reſpicio principem apoſtolorū negantē timide: amariſſime flentē: xp̄m reſpitientem. Illū felicē latronē intueor accuſantem: excuſantē xp̄m: ⁊ dn̄m ꝑmittentē hodie mecum eris in paradiſo. O ꝙ ſublimis iſta confeſſio: per ꝙ de patibulo ad regnū: de terra ad celū: de cruce ad paradiſuꝫ: latro dānatus ⁊ crucifixus aſcēdit. Glorioſa confeſſio: que petrū apoſtolū terne negationis crimine liberauit: ⁊ ab apoſtolatus culmine cadere nō ꝑmiſit. Fidelis inſtitutio: que marie multum diligenti. multum dimiſit ⁊ amoris multi titulo inſignitaꝫ. diſcipulorū corpori ſociauit. Preclara miſeratio. que regē ⁊ prophetā multiplici criminū inundatiōe mundauit ⁊ in antiqꝫ gloriaꝫ dignitatis preducēdo reduxit. Hec eſt via que viatorem ſuū nunquā fefellit. que nunꝙ deſeruit niſi deſerentē. Huius multe multipliceſqꝫ ſemite ſunt ad inueniendū. difficiles ad tenendum ad enumerandum inextricabiles. Prima ſemita eſt primus gradus in via iſta. cognitio ſui. De celo cecidit iſta ſententia. Noſceteipſum o hō: Vide ſi nō ⁊ ſpōſus in amoris cantico. ſponſe ideꝫ loquatur. Si ignoras te o pulchra inter mulieres. Cognitio ſui conſtat in tribus. vt cognoſcat homo qd fecit. quē meruit. qꝛ amiſit. Quid inlu°o nobilis creatura. ymago dei creatoris ſimilitudo. ꝙ carnē tuā carnalibus illecebris deturbare. ⁊ ꝑ breui voluptate torrentem perdere voluptatis: Quid furioſius ꝙ rapi mentē ira. ſuperbia extolli. vexari inuidia. anxietate torqueri: Que in croceis es nutrita. quare ſtercora amplexaris: Recordare ⁊

quē meruerīs. Subeat memoriam tuā gehennalis olla: fornax ferrea magne babilonis: domꝰ mortis: anxietatis domiciliū flammarū globꝰ acerbitas frigoris: tenebre ſempiterne. Conſidera ordinē tormētorū tortorū faties: mutatiōes penarū. miſeriarū infinitatē: ⁊ intellectualibꝰ oculis iſta diſcurre ⁊ poteris dicere: meliꝰ erat mihi ſi natus nō fuiſſem. Reflecte oculos: ⁊ quē amiſeris aīaduerte. Reminiſcere qualis ſit ciuitas glorioſa: celeſtis habitatio locꝰ vite: ſuauitatis palatiū ſplendor glorie: gratie magnitudo: claritas infinita. Attende ordinem gaudiorū gaudentiū vultus: p̄miorū viciſſitudinē multitudinem deliciarū: ⁊ poteſ exclamare: q te pdidit totū pdidit dñe deꝰ. Si ergo hoc triplici funiculo ligaueris aīam tuā: intelliges ⁊ animaduertes q̄ initium ſalutis notitia peccati eſt.

Secōs gradꝰ ē penitētia. hec duo ita ſibi inuicē cōiuncta ſunt: vt cognoſcere ſe nō poſſit: niſi peniteat: penitere nō poſſit niſi cognoſcat. Peniteat igit̄ aīa cōpūctionis iaculo vulnerata penitentia triplici: qꝛ innocentiā amiſit: amiſſā nō requiſiuit: ⁊ neglexit patientiam dei. Scio dñe ieſu qꝛ p̄mā ſtolā innocentie nobis in baptiſmate reddidiſti: ⁊ amictu niueo candidatos in iuſtitie ſolio collocaſti: cito receſſimus a via quā oſtēdiſti nobis ⁊ portionē ſubſtātie q̄ nos contingebat cū prodigo filio in diſſimilitudinis regionē expendimus. Venerūt ad nos viliſſimi ſpūs: ⁊ eternorū ignium reges: ad mūdatos immundi: ad ſaluatos damnati: curui ad rectos: ⁊ dixerūt aīe noſtre incuruare vt trāſeamus. Audiuimus illos ⁊ incuruati ſumus. Trāſierunt per nos: ⁊ innocētiā amiſimus. Si culpa eſt pdidiſſe: quē putas erit non reqſiſſe pditā? Perdet aliqs aliquē: ⁊ in hac mortalite querit iudices. amicos cōuocat trahit in cauſam: nihil intēptatū relinqt donec vel amiſſa inueniat: vel ablata reſtituat ⁊ cuſtodiat reſtituta. Nos hereditatē noſtrā incorruptibilē incontaminatā in celis: verſutijs illius inſatiabilis homicide pdidimus ⁊ nō requirimus: incuruauit nos ⁊ nō reſurgimus. Surgamus ⁊ eamus ad patrem noſtrū ⁊ dicamus ei. Pater peccaui in celū ⁊ corā te: ⁊ oēm textū euangelice lectōnis pcurrentes: offeramuſ pr̄i penitentiā mētis: cordis cōtritionē: ſi forte dū adhuc longe ſumꝰ: videat pr̄ ⁊ miſericordia moueat̄: ⁊ accurēs cadat ſup collum noſtrū ⁊ oſculetur nos oſculo oris ſui. Forſitā iubebit proferri ſtolam primam innocentie: ⁊ indui nos veſtimentis virtutum ⁊ dari anulum ſecretorum in manu noſtra ⁊ calciari pedeſ noſtros in preparatione euangelij pacis. Precipiet fortaſſis adduci vitulum ſaginatum ⁊ occidi in ſatiſfactionem reuertentium: epulari ⁊ exultari: ⁊ in ſimphonia ⁊ in choro reduci ad ſuperna gaudia ciuitatis. vbi gaudium eſt angelis ſuper vno peccatore penitentiam agente. Scimus domine ieſu: quia non

priuabis bonis eos qui ambulant
in innocentia:ſed nec illos qui am
bulant in penitentia. Quis enī pec
catum non fecit:niſi vnus. Beatus
tamen vir cui nō imputauit domi
nus peccatū. Omne qđ ipſe mihi
nō imputare decreuerit:ſic ē quaſi
non fuerit. Cogita etiā q̄ta ſupbia
paciencia dei viſus. imo abuſus ſis
Uidebat te peccātem ⁊ diſſimula
bat. quaſi nō vidēs vocabat ⁊ nō
audiebas. minabat̄ ⁊ non timebaſ
nec promiſſis illectus nec terrore ꝑ
cuſſus. Ignorans q᷑ pacientia dei
ad penitētiā te adducit: Time ti
more magno ne theſaurizaueris ti
bi iram in die ⁊ reuellationis iuſti
iudicij dei:⁊ memēto q᷑ horrendū
eſt incidere in manu dei viuentis.
Liga igitur hoc triplici chataplaſ
mate penitētie vulnus anime tue.
⁊ dic miſerere mei dñe qm̄ infirm⁹
ſum ſana me domine.

¶ Tertius gradus eſt dolor ſed ⁊
ipſe terna ligatione ꝯnexus. Uere
poſt cognitionem ⁊ penitētiam do
lor meus renouatus eſt:⁊ ī medita
tione mea ignis incanduit:q᷑ crea
torem offendi dñm non timui ſpre
ui benefactorē. Nunquid nō ſicut
lutū in manu figuli ſic vos in ma
nu mea dicit dñs. Sup hoc te fecit
vas in honorē. cur te in contumeli
am facere preſumpſiſti: Nunqd di
cit figmentū figulo quid me feciſti
ſic: Creatura creatorē factura fa
ctorem opus opificem auſus eſt ꝓ
uocare: Memento viliſſima teſta.
quia ſi cecideris ſuper lapidē iſtū
confringeris. ſi vero ipſe ſup te ce
ciderit. conteret te ꝯtritione timen
da. ita vt ne veſtigium minutarum
appareat. Tu autem ſanguini mi
ſcuiſti ⁊ creatorem offendens ⁊ do
minum non timens. Seruus eras
illius domini cui reſiſtere nemo po
teſt. ⁊ in preceptis eius acceperas
voluntatem noluiſti intelligere vt
bene ageres:ſed recalcitrās domi
nantis imperio. propria lege infra
ſuam te. rempublicam viuere dcre
uiſti. Nam audiſti quā ſententiam
accipiat ſeruus neq̄. qui ſciēs vo
luntatem domini ſui ⁊ non faciens
multitudini verberum reſeruabit̄.
Aſſiſtunt angeli ad audiendā vo
cem ſermonū eius ſtelle vocantur
⁊ dicūt aſſum⁹. Uenti ⁊ mare obe
diunt ei:⁊ omnia lege prefixa ⁊ in
concuſſa retinet firmitate. Tu ſol⁹
peregrinus es ⁊ imperatorie decre
ta maieſtatis non curas: Audi q̄
poteſt te mittere in tenebras exte
riores. Ubi fletus ⁊ ſtridor dentiū
perpetua infelicitate crebreſcunt.
Qui ſi te nō mouet creatoris offen
ſio ⁊ reuerentia poteſtatis. moueat
ſaltim ingratitudo tua ꝙ tantū be
nefactorem in tantis beneficijs cō
tempſiſti. Ubi nā ſimilem benefa
ctorem inuenies. qui tibi miniſtrat
ſiderum curſus. temperiē aeris fe
cunditatem terre fructuū vberta
tem: Ad extremū vero: vt omnium
vite beneficiorum cumulum aggre
garet. proprio filio ſuo non peper
cit. ſed ꝓ nobis omnibus tradidit
illum. Tradens vnigenitū ꝓ ado
ptiuis. dominū pro ſeruis pro impijs
iuſtū. Quid vltra debuit tibi face

re ⁊ non fecit? Si igitur iſto dolore doluerís poteris dicere cum ꝓphe ta. Uentrē meū doleo. ventrē meū doleo. ſenſus cordis mei turbati ſunt.

¶ Quartus grad⁹ eſt ꝯfeſſio oris. Poſt cognitionem ſui ⁊ penitentiam poſt dolorem cordis ſequitur oris confeſſio. In his omnibus. corde creditur ad iuſticiam. ore autez confeſſio ad ſalutem. Sed ⁊ ipa triplex. ſi veritatis ſalutem exequitur Debet enim eſſe vera nuda ꝓpria Ueritatem querit altiſſimus ⁊ nō falli qui fallere non intēdit. Nonimus pleroſq; ⁊ expti ſumus q̄ ad confeſſionis gratiā venientes. magis onerati q̄ꝫ liberati a peccatꝭ ad ſuam ꝯſcientiam redierunt. Dicūt enim ſi clerici ea que litteratorio ſi milites. que gladiatorio geſſere cōflictu. vt ſub palio humilitatis ſupbiam induāt. In tanto ſe ſignaculo condēnātes ſub quo totius humane ſalutis ſūma conſiſtit. Sunt ⁊ alij quos timor impellit ad cōfeſſionem. Alij quos ſimulatio ducit. Ad hoc enim confitentur vt ſaltez ſpecie videantur eſſe cōfeſſi. An tu illam veram putas eſſe ꝯfeſſionem q̄ꝫ aut timor extorſit aut ſimulatio finxit preſertim cū ſpūs ſanctus diſcipline effugiat fictū ⁊ gratuitam ſatiſfactionē querat. Illa vero confeſſio vera eſt que de mentis cōtritione deſcendens. nec timore cogitur nec fictione paliat᷑. ſed in ſpiritu ꝯtribulato profert ea q̄ ſentit. Nudam autem eam eſſe oportet ⁊ totius abſconſionis exutam ſē velamine. Quid enim partē peccatorum dicere partem celare. ex parte mundari ⁊ ex parte īmunditie deſeruire. Nunquid denuo eodemq; vaſe dulce ⁊ amarum ſapiduꝫ ⁊ inſipidum ſtillare poteſt? Omnia nuda ⁊ aperta ſunt oculis dei. Tu aliquid illi abſcondis qui dei locum in tanto obtinet ſacramento? Oſtēde ⁊ denuda q̄ ̄cunq; in cor tuum latuerat. detege vulnus vt ſentias operam medicantis. In ſimplicitate cordis oportet te querere dominū ſi in duplicitate. quia ve illis q̄ loquuntur in corde ⁊ corde ⁊ terra duabus vijs ingrediuntur. Debet autem eſſe ⁊ propria. Sunt. n. pleriq; qui aliorum peccata cum ſumma numerant grauitate ⁊ ſocioruꝫ exceſſus multiformi declinatiōe loquuntur. Neſciunt ſua aliena aūt perpetue memorie cōmendarunt. Infelices ⁊ miſeri quibus datum eſt aliena plangere ſua relinquere an vero legiſti. quia iuſtus in principio ſmōis accuſator eſt ſui? Sui dicit ſcriptura nō alterius. nunqd obligatus es apoſtolū dicentē. ꝯfitemini alterutrū peccata vr̄a. Ur̄a dixit nō aliena. Iniq̄tatē meā ego cognoſco dixit ille ꝓpha nō tuā.

¶ Quintus gradus eſt maceratio carnis. Sed ⁊ ipſa ternario numero ꝯſecrata. Conuenit enim vt fiat occulte licētioſe. diſcrete. Teneros artus tuos. ⁊ exquiſitis educatos delitijs diuturno confringe martirio . tanto te noueris a licitis abſtinere. quanto memineris illicita perpetraſſe. Hoc autem oc

culte faciendum eſt vt neſciat ſiniſtrata quid faciat dextera tua. Nō enim eſt in ore hominū tanti boni ponenda cuſtodia. ſed in abſconſo cordis tui: vt ſit gloria tua teſtimonium cōſcientie tue. Nec hoc diximus vt non luceat lux tua coram hominibus: vt glorificēt pr̄em tuū qui in celis eſt. ſed ne intentionem tuā in breuitate vilis glorie recondas. Nihil enim infelicius eſt ꝙ h carnem macerare ieiunijs. vigilijs affligere ⁊ recipere hic gloriā illic gehennā. Licentioſe vero faciēda eſt: q quicqd ſit cū paſtoris licentia. gratioſius eſt in cōſpectu dei: ⁊ illā hoſtiā ſingulariter accipit altiſſimus: que non de proprie ſententia voluntatis. ſed de precipientis offertur imperio. Multū enim valet ad repellendā ſuperbiam ꝓprie voluntatis excluſio: ꝙ extirpare non pōt q hui⁹ mūdi diligit vanitatē. Diſcretio aūt in hac diſcretiōe tenenda eſt. nedum nimis flagellare cupimus ſalutē perdamus: ⁊ dum hoſtem ſubigere querimus ciuem occidamus. Cōſidera corporis tui poſſibilitatē. intuere complexionē carnis. impone modū tue diſcritioni. cuſtodi corpus incolume ad obſequiū creatoris. Multos vidim⁹ ita in principijs carnē ſuam verberaſſe ⁊ diſcretionis infregiſſe repagula: vt īabiles laudū ſolēnis redderentur ⁊ apparatu lautiori diuturnis fouerent̄ temporibus.

¶ Sextus grad⁹ eſt correctio operis. ſed ⁊ ipſe numero trinitatis cōſecratus. Videlicet vt tibi malum non facias. alteri non noceas. nocenti non ꝯſentias: Expertus es ꝙ fragilis ſit voluptatum īmerſio: et tu iterū vadis illuc. Animaduertiſti q voluptas tranſijt ⁊ peccatū remanſit. Reprime pedē ab nefandis itineribus īmundiſſime libidinis: colla ſubſterne mandatis altiſſimi. non ſit iniquitas in manibus tuis. De ſeuienti gule ſolēnes epulas ⁊ vana reſcinde colloqa. Auerte oculos tuos ne videant vanitatem: obtura aures tuas ne audiāt ſanguinem: ⁊ tunc dicere poteris. caſtigans caſtigauit me dominus. Quid aūt ꝓdeſt infra rectitudīs lineam tui curſus opera cohibere: ſi alijs nocere deſideras: Qui non fecit ꝓximo ſuo malū. ⁊ obprobriū nō accepit aduerſus ꝓximos ſuos requieſcet in monte ſancto dei. accipiens benedictionē a dn̄o ⁊ miſericordiā a deo ſalutari ſuo. Nō autem te innocētē preſūmas: niſi impios ⁊ contra virtutē gradientes ꝙta poteris auctoritate redarguas ⁊ opponas te murum ꝑ domo iſrael: caſtigans te nō nocens alteri nec nocenti conſentiēs. Vera eſt enim ſn̄ia. Qui cū emēdare alium poſſit. negligit. ꝑticipem ſe ꝑculdubio delicti conſtituit. Cum. n. cauſa dei ventilat̄ in mediū ⁊ falſitas ꝓponit̄ veritati: q ꝓ ꝑſona ꝙ gerit nō reſiſtit de ſuo dānabit̄ ſilentio.

¶ Septimus gradus eſt ꝑſeuerantia: ſed ⁊ ipſa ternarij numeri ſanctificatione dicata. Perſeuerantiā nāqꝫ faciūt imitatio ſanctoꝝ breuitas tpoꝝ fragilitas corpoꝝ. Quid

nãq₃ pati nõ poſcis cũ videas pueros iuuenes virgines.anus. ſenes decrepitos diuerſa ꝑ xpo nõ ſoluʒ excepiſſe.ſed etiã exquiſiſſe tormenta: Conſidera puerorꝫ etatem iuuenũ ignem.virginũ teneritudinem. anuũ fragilitatẽ ſenũ infirmitateʒ: decrepitorꝫ impoſſibilitatẽ. ⁊ vbicunqʒ reflexeris oculos,inuenies ĩ his etatibus multitudinẽ exemplorum ad palmã martirij viriliter cucurriſſe. Nũquid nõ de eodeʒ luto formatus ⁊ tu: ⁊ eodẽ ſpũ inſpiratus.Et forſitan nõ ingruit ꝑſecutõ vt martiriũ patiaris nec dãnaris ſi xpo ſeruis.imo laudariſ ⁊ predicaris ab oib[9]. Quod ⁊ ſi perſecutio iminet.ↄtẽnenda eſt ꝓpter temporis breuitatẽ.Bene.n. nobis natura preuidit:que nullũ dolorem vel longum vel magnũ eſſe demõſtrat Si enim magnus eſt longus eẽ nõ poteſt.Coniũctio.n.corporis ⁊ aĩe exquiſita diu tormenta nõ ſuſtinet ſed ſtuporis magnitudine tremefacta ſũma velocitate diſſoluiť. Magni ergo animi eſt magna tormenta ↄtẽnere: q̃ in breui tantã pariũt mutatiõe vt de labore ad regem de miſeria ad gloriã. pacientem faciunt euolare.Cõſiderãda eſt ⁊ fragilitas corꝑis.quã ſepe aut aliquiſ leniſſimus caſus aut incandentis febricule cumulata cõgeries breui poſſunt ſuffocare momẽto.Tribue ergo virtuti ſi neceſſitas fuerit qꝺ cunqʒ debes neceſſitati:ꝑ breui ꝑiculo.ſempiternũ premiũ adepturus. Uides ergo q̃ difficilis ſit via confeſſionis ad currendũ q̃ multiplices ſemite ad tenendũ. Uerum eſt qꝺ ait ille tantus eccleſie magiſter facilius inueniri eos qui innocentiam ſeruauerunt q̃ qui ↄgruã penitentiã egerunt. Hec de via cõfeſſionis pro modulo noſtro locuti ſumus.ſublimioribus ſublimioris ſententie pondera reſeruantes.Ceterum obediẽtie viam ſub alio ſermonis principio aperire tẽtabim[9] ne vnq̃ in faſtidium veniãt verba dñi ſaluatoris qui eſt benedictus in ſecula.

¶ Nõ poſſumus nos cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis. ſʒ ſufficiẽtia noſtra ex deo eſt. Quid.n. in hoc vaſe teſteo.⁊ fragilitate cõplexionis humane cogitare ſufficiat.ſpiritus carcere incluſus peccato corruptus. depreſſus terrenis: Corpus.n.qꝺ corrumpitur aggrauat animã deprimit.⁊ terrena habitatio.ſenſum multa cogitantem. Benignus eſt tñ ſpũs ſapientie: q ⁊ ſpiritũ incluſum illuminat.corruptum ſanat. ⁊ alleuat depreſſum. Eſt enim ſpũs pietatis cõpeditos ſoluens.cecos illuminãs.⁊ erigens eliſos.Eſt.n.ſpũs veritatis.qui docet nos oẽm veritatẽ. Non ſolum autẽ docet.ſʒ ⁊ ſuggerit. Suggerit vt queramus.docet vt intelligãus Ipſe eſt quem dñs ieſus poſt piis obedientiã vſqʒ ad mortem crucis miſit apoſtol[9] ſuis obedientibus. An non tibi videť ſingularis obedientie conſendiſſe faſtigiũ.qui accepta licentia ſedendi in ciuitate: vnius domũcule ſepto cõcluſi vnanimiter vno ore in oratione perſe-

tierabant: Intellexiſti q2 ibāt gaudentes a cōſpectu ɔcilij: qm̄ digni habiti ſunt ꝑ noīe ieſu cōtumeliaꝫ pati: Oquātis obedientie virib⁹ innitunt̄ q gaudent ꝑ xp̄o ad ɔciliū trahi: dignitatē ducunt ꝑ eo cedi: gloriam q̄runt ꝑ eo mori. Btē aie abūdāt in egeſtate ſp̄m influentes qbus vilitas: ſublimitas: cōtumelia gloria: patiētia victoria: mirabili mutabilitate vident̄. Multū repleta ē aīa eoꝝ obprobriū abūdātib⁹ ꝛ deſpectio ſupbis. Cernis ꝙ libera fronte in pontificū facieꝫ: in phariſeoꝝ ſupciliū: in tumultū plebis irrūpant dicētes magis oportet obedire deo ꝙ hoībus. Intuere magis illa duo luminaria petrū ꝛ paulū ꝛ vniuerſū ordinem apoſtolici ſenatus obambula. ꝛ ibi videbis obedientie firmitatē: iter tormentoꝝ multitudinem virilit̄ ꝑſtitiſſe. Nōne ipſe filius regis rex regionis illius q̄ ɔtinuis gaudijs inclareſcit fact⁹ eſt obediēs p̄ri vſqꝫ ad mortē: mortē āt crucis: ꝛ didicit obedientiam ex his que paſſus ē: Audiſti miſiaꝫ audi ꝛ coronā. Vidiſti periculū: Uide ꝛ p̄mium. Attendiſti infirmitatem: attende ꝛ poteſtatē. Propter quod inquit de⁹ exaltauit illum ꝛ dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. Sed taceamus interim de illius obediētia: que ſingulari p̄rogatiua clauditur ꝛ ſignat. Procedat in medium magnus ille patriarcha fidei lumē obedientie forma iuſtitie p̄ncipat⁹ Audit ab oīpotente: egredere de terra tua ꝛ de cognatione tua ꝛ de domo p̄ris tui: et veni in terrā quā mōſtrauero tibi ꝛ ad vnius iuſſionis vocē: p̄iam fugit relinquit parentes deſerit hereditatē: ꝛ alienorū fines nouus hoſpes aggreditur. Magna res ꝛ primitiue dignitatꝭ priuilegio: in p̄re multaꝝ gentium cōſecrata. Primus p̄mum ſuis facultatib⁹ renūtiat. ꝛ obediētie viā indefeſſa velocitate ꝑcurrit. Deniqꝫ cū accepiſſet filium in ſenectute ſua in quo toti⁹ mūdi fuerat benedictio cumulanda dicit ei de⁹. Tolle filiū tuum vnigenitū quē diligis yſaac: ꝛ offer mihi illū in holocauſtū. Oq̄ta in verbis iſtis amaritudo: quāta a corde p̄ris ſeparatio pietatis. Iubetur nāqꝫ occidere filiuꝫ os ex oſſib⁹ ſuis: ꝛ carnē ꝺ carne ſua: filiū magne ꝓmiſſiōis: extreme ſenectutis. ꝓprie mulieris: filiū mirabiliter ꝓmiſſuꝫ: feliciter natū: innocent̄ educatum. Et ne tenuiſſimū infra paterna viſcera doloris incendiū exundaret addit̄ ꝛ vnigenitū. Sūt nāqꝫ multi filij ſꝫ nō vnigeniti. Iſte ſic fili⁹ vt ꝛ vnigenit⁹. Iſte vnicus p̄ri. vnigenitus matri hereditati reſeruatus Ne reſpitiat ad iſmael: q2 qui in ſuitute ꝛ ex ancilla genitus fuerat. ad libertatem ꝛ hereditatem minime pertinebat. Quia vero multi ſunt filij ꝛ vnigeniti. ſed nō dilecti. ad exaggerādaꝫ in corde p̄ris tribulationē: ad comprobādaꝫ in mētis iuſti obediētiā dñs ſubiūgit quē diligis. Ut vero teneritudo p̄ris ex memoria dilecti nominis recrudeſceret: ꝛ interior pietas ad dilecte vocis ſonū tota ferueret puer nominat̄ ex nomine. qꝺ vocatum erat a dño priuſꝙ

in vtero cōciperet. Uides ꝗ quantis tribulationū malleis abrae pietas feriat̄ cui precipit̄ vt filiū tollat. occidat vnigenitum quem diligit imolet. ysaac ꝑcutiat. Multuꝫ tētatus multū ꝓbat᷒. aduſtus eſt multū. Dulcis relatio filij ad patrē patris ad filiū. Hanc dulcedinē. ⁊ omniū neceſſitudinū affect᷒ obliuiſcit̄ abraam. ſternit aſinum ſuū ligna cōponit. accēdit ignem. eximit gladium. nō a dn̄o querit q̄re. nō murmurat. nō cōqueritur. nō ſaltē vultum parentis oſtēdit. ſed omniū q̄ ꝑcipiunt̄ ignar᷒. in mortē filij pia crudelitate feſtinat. Jō ſūme ⁊ admirabilis obedientie ꝟtus in abraaꝫ. ⁊ ſingularis excellētie laudibus predicanda. Fortiſſima res eſt obedientia vera: ⁊ q̄ in animum deſcendere nō poſſit. niſi a mundi huius aſpgine purū preſſumqꝫ. Ut aūt via eius euidētius eluceſcat. oſtēdam᷒ quantū poſſumus q̄ ſit obediētia ſpālis ad deū ꝓpria ad hoīem. cōis inter deum ⁊ hominē. Sunt quedā ſūma mala. quedā ſūma bona. Sūma bōa ſunt diligere deū amare pximum veritatē loqui nō furtū facere. nō falſum teſtimoniū dicere. nō adulterare ⁊ alia multa q̄ ſmonis breuitas numerare ꝓhibet. Summa mala ſunt coꝝ ꝯtraria ⁊ ſimilia illis. Bona ꝑcepit de᷒ vt faciamus. A malis iubet vt abſtineamus. Precepti hui᷒ ſcā ⁊ incōmutabilis auctoritaſ nō valet quoquo mō refelli. q̄ illius eſt caractere ꝯſignata q̄ dixit. Ego dn̄s ⁊ nō mutor. Si ergo hō ille quē impoſuit deus ſup capita noſtra aliter ſentire voluerit. ponēs tenebras lucē ⁊ luceꝫ tenebras. vt vel precipiat bona predicta relinquere. vel malis ꝑfatis adherere. audacter refutanduꝫ eſt ꝑcipientis imperium ⁊ libera voce dicendū. Obedire oportet magis deo q̄ hominib᷒. Hec ē ſpecialis obediētia ad deuꝫ que nequaq̄ ē hominis arbitrio tēperāda. ſꝫ immutabili cōſeruāda ꝓpoſito. Certā igitur regulā tene. vt nec impio ꝑlatoꝝ predicta bona relinquas vel facias mala. Jnter vero ſūma bona ⁊ ſūma mala. quedā media ſunt que alterutrū ſe habita boni maliqꝫ nomē aſſumūt. Media ſūt ambulare. ſedere. loq. tacere. commedere ⁊ ieiunare. vigilare. dormire. ⁊ ſi qua ſūt ſimilia. q̄ ſi paſtoris licentia fiant. ſummā expectant retributionē. Jn his igit̄ medijs ſubditi ⁊ obediētes eſſe debemus ad nutū ꝑpoſitoꝝ. nihil interrogātes ꝓpter ꝯſciētiā. q̄ in his nullū preſirit opus. ſꝫ prelatoꝝ dereliqt impio diſponēda. non te aūt moueat magr̄ ipſi᷒ indiſcreta ptās. ſed memēto q̄ nō eſt ptās niſi a deo. ⁊ q̄ reſiſtit ptāti. reſiſtit dei ordinatiōi. Hec eſt ꝓpa hoīs obediētia. quā hoī dbem᷒. q̄ hoī ſubditi ſumus. Cōis ē ⁊ iſta īter deū ⁊ hoiem. q̄ obie q̄cqd ꝑlatis exhibet̄. exhibet̄ ei q̄ dixit. qui nos audit me audit. Cū magna igr̄ cautela hoc tramite dicim᷒ icedēdū. q̄ ⁊ multi q̄d᷒ ibidē deliteſcūt. quoꝝ q̄ vnū reliq̄rit ceteros ſine r̄tributiōe tenebit.

¶ Primus gradus eſt obedire libenter. Ois etas ab adoleſcentia ſua pna eſt in malū: ⁊ vnuſquiſqȝ volūtatem cordis ſui praui ſectat. Ab illa enim prime p̄uaricationis anguſtia. innatus eſt hoī amor proprie volūtatis: que volūtatē creatoris relinquēs: ibi ſubdita eſt hui tuti: vbi voluit dominari. Difficile eſt ſuā relinquere volūtatē ⁊ alterius voluntati deſeruire. Quamlibet autē graue ſit nō pōt tñ p̄mū obedientie gradū aſcendere q̄ voluntatem p̄cipientis ſuā nō fecerit In voluntatē ſua iuſtus gloriat ſe domino confiteri. Unde illud. Volūtarie inquit ſacrificabo tibi. Sola igitur volūtas ē que totius operis ornat effectū ſine qua nec bñ agit. etiā ſi bonū eſſe videat. Ex volūtate igitur ſuſcipienda ſunt imperia p̄latoꝝ ⁊ ipſum cor a ſuis voluntariis reflexiōibus abducēdo donec ꝓpria voluntate mactata: mandatū diligat imperantis. Hoc ē ergo libenter obedire: p̄latorū volūtatē voluntarie adimplere.

¶ Secundus gradus ē obtēperare ſimpliciter. Qui ambulat ſimpliciter ambulat ꝯfidenter. In ſimplicitate cordis ſui letus obtulit ſolomō vniuerſa. Et in ſimplicitate cordis querere dn̄m ſcriptura p̄monſtrat. Multos videmus poſt p̄cipientis impiū multas facere q̄ſtiōeſ ⁊ cur q̄re: q̄ꝺobrē: ſepius interrogare. crebras ingeminare q̄relas q̄re hoc p̄cepit: Uñ hoc venit: qs hoc inuenit ꝯſiliū: Inde murmuratio inde ꝟba murmurationē ⁊ idignationē ſonātia amaritudinē redolētia Inde freq̄ues excuſatio: ſimulatio īpoſſibilitatis aduocatio amicoꝝ. Nō ſic abraā fecit. Audi quē deus de ſimplici populo ꝓteſtetur. In auditu inq̄t auris obediuit mihi: vt vȝ oñderet vno eodemqȝ momēto ꝓceſſiſſe ⁊ impanꝫ impiū ⁊ obſequiū obſequētis. Nolite errare: deus nō irridet. Murmuras cōtra p̄latū in tabernaculo corporis tui: eleuat manū ſuā ad ꝓſternēdū te dextera dei. Incede ſimplicit in mādatis obediētie: addens voluntati ſimplicitatē: intētioni illuminationem. Fortitudo. n. ſimplicis via dn̄i: q: illi fortitudinē induūt: q viā q̄ obediētia ē ſimplicit incedunt.

¶ Tertius gradus ē hylariter obedire hylarē eni datorē diligit deus Nō ex triſticia ait apoſtolus: aut ex neceſſitate. Serenitas in vultu: dulcedo in ſermōibus mult' colorant obediētiā obſequētis. Uñ ⁊ gētilis ille poeta ſic ait. Sup oīa vult⁹ acceſſere boni. Quis enim loc⁹ obediētie vbi triſticie cernit egritudo Oñdūt pleruq̄ȝ volūtatē ai ſigna exteriora ⁊ difficile ē: vt vultū non mutēt: q mutāt volūtatē. Nubiloſa corporis cōpoſitio ⁊ facies tenebris triſtitie offuſcata: deuotionem ab aio receſſiſſe ſignificat. Reſpice dauid añ archā dñi hilariter ſaltātē: q̄ ſapiēter ſupbientis femine rep̄mat indignationē. Ludā inq̄t et vilior ero añ cōſpectū dñi. Cernis igit q̄ neceſſaria ⁊ ꝯueniēs ſit hylaritas in obedientis executione: Quis eni impat hoī libēter triſti-

tiā effātī: Si vis ꝙ ꝑfectꝰ eē hyla-
rit ⁊ cū magna vultꝰ alacritate ſu
ſcipe iubētiſ impiū: vt volūtati coꝛ
dis ⁊ ſimplicitati opis vultꝰ hylari
tatem adiungas.

¶ Quartus gradus eſt velocit ob
ſecūdare. Velocit currit ſmo dei:
⁊ velocē deſiderat habere ſequētē
Vides cū quāta velocitate currat
ille q dicit viā mandatoꝝ tuoꝝ cu
curri: Fidelis obediens neſcit mo-
ras fugit craſtinū ignoꝛat tardita-
tē p̄cedit pꝛecipientē: parat oculos
viſui. Aures auditui. linguā voci:
manꝰ operi. itineri pedes Totū ſe
colligit vt impantꝭ colligat volūta
tē. Vide dn̄m feſtinant p̄cipiētez ⁊
hoīem feſtinant obediētē. Jachee
inqt feſtina deſcende qꝛ hodie in
domo tua opoꝛtet me manere. Et
feſtinās deſcēdit ⁊ excepit illū gau
dēs. Aiaduertiſti qꝛ ⁊ feſtināter de
ſcēdit ⁊ gaudent excepit: Audiſti
obediētiā. Audi ⁊ obediētie remu
nerationē. Quia hodie ſalꝰ domui
huic facta ē. Intuere ⁊ ex ocaſione
huiꝰ obediētie ꝯcluſiōis grāde mi-
ſteriū. ⁊ obſignatā ſignaculo miſi-
coꝛdie ſentētiā. Venit enī inqt filiꝰ
hoīs q̄rere ⁊ ſaluum facere qd pie
rat. Nōne legiſti qꝛ filiȷ̄ iſrael pci-
pit vt agnū cōmedāt feſtinant. Fe
ſtinant qppe veri agni cōmeſtio ſi-
gnificat implēda: qꝛ ꝟba illa q̄ per
legez dedit: ꝑ ſemetipſuz pn̄s exhi-
buit: q̄ ꝑ eccleſie ꝑ̄poſitos tradēda
reliqt veloci ſūt obediētia ꝯſumen
da. Et tu ꝙ cū volūtatē coꝛdis ſim
plicitatē opi hylaritatē vultus cō
iūxeris. adde ⁊ velocitatē: vt ſis in

xta apoſtolū velox ad audiēdum
ad implendum velocioꝛ.

¶ Quintus gradus eſt viriliter ad
implere. Virilit adimplete ⁊ ꝯfoꝛte
tur coꝛ veſtrū oēs q ſpatis in dn̄o.
Nō ē foꝛtitudinis ire ad obedien-
tiā. ſꝫ obediētia nō abduci. Si tri-
bulatio intonat: ſi ꝑſecutio reſultat
ſi petōꝛes tibi laqueū ponūt: ſi ma
ligni iter tuū impediūt. nō obediē
tie viā deſeras ſꝫ dic paratꝰ ſuz ⁊ ſi
ſuȝ turbatꝰ vt cuſtodiam mādata
tua. Quid eniȝ ſupius enumerata
pariūt vtilitatis ſi foꝛtitudo deſit. q̄
in arce ꝯſtātie ꝟtuteſ collocat. ⁊ co-
vallo munit. quo furentiū īpetus
aſpirare nō poſſit: Manū tuā miſi
ſti ad foꝛtia. agēdū eſt inſtant ⁊ cō
ſtāter obediendū. Nec int aſpita-
tez ꝟboꝝ tā regalis eſt ſemita relin
quēda ſꝫ tenatioꝛi tenēda feruoꝛe
Et vt bꝛeuit dotes foꝛtitudinis cō
cludamꝰ: ꝟtus ē ꝟtutes ſuanſ: ac
muniēs. Jūge igit velocitati foꝛti-
tudinē: ꝯſtātiā inſtantie: ⁊ tunc ſe-
curus decantabis: manus peccato
ris non mouebit me.

¶ Sextus gradus ē: humilit obe-
dire. In humilitate nr̄a memoꝛ fu
it nr̄i q fecit nos Magna ꝟtus hu
militas. ſine cuiꝰ obtētu: ꝟtus foꝛti
tudinis: nō ſolū nō ꝟtus ſit: ſꝫ etiā
inde vitiū ſupbie erūpat. Quā foꝛ
tit currebat ſaul cū eēt paruulꝰ in
oculis ſuis: q̄nta philiſtinoꝝ agmi
na ꝑſternebat: quātis viribꝰ exerce
bat gladiū. Poſtq̄ʒ aūt tenuit euȝ
ſupbia ⁊ trāſiuit in affectū coꝛdis:
debilis ⁊ impotēs factꝰ incircūci-
ſoꝝ armis facile ꝓſtratus occubu

ſt. Aſpice regē in quo hūilitas ſublimis ⁊ hūilis ſublimitas felici cōpoſitiōe niteſcūt. Dn̄e inqt nō ē exaltatū coꝛ meū neq3 elati ſunt oculi mei: ⁊ totū itinerariū eius ſedula intētiōe recurre. ⁊ quaq̄ vͤſu3 oculos reflexeris inuenies hūilitatꝭ floribꝰ eē reſpſu3: Audi náq3 alibi qd dicat. Foꝛtitudinē meā ad te cuſtodiā. Quā vere loqtur inſtꝰ iuſtitie executoꝛ. Sūt náq3 plurimi q foꝛtitudinē ſuā nō ad deū: ſ3 ad inane3 gloꝛiā cuſtodiūt: q ꝯfidūt in vͤtute ſua. q de acceptis virtutibꝰ q̄ſi nō acceperint gloꝛiant̄: ꝯditoꝛi facientes iniuriā a quo ē oē datū optimū ⁊ oē donū pfectū Ne ergo foꝛtitudo in ſupbiā trāſeat ꝯdiēda ē ſale hūilitatꝭ: qꝛ nihil ꝓderit foꝛtit̄ obedire: ſi ꝯtigerit infelicit̄ ſupbire. Illi igit̄ foꝛtitudinē ſuā ad deū cuſtodiūt: q cū fecerint q̄ facere debent: dicere poſſunt: Serui inutileſ ſumꝰ q̄ facere debuimꝰ fecimus.

¶ Septimꝰ gradꝰ ē. indeſinent̄ obtēpare. Nō q incepit ſ3 q pſeuerauerit vſq3 ad finem hic ſaluus erit Incipe multoꝝ eſt. pſeuerare paucoꝝ: pſeuerātia ſingularis filia ſummi regis. vͤtutū finis cariſq3 ꝯſumatio: totiꝰ boni repoſitoꝛiū. Uirtꝰ ſine q̄ nemo videbit deū: nec a deo videbit̄. Finis ē ad iuſtitiā oī credēti in qua vͤtutū ꝯuentꝰ reuerendū Sibi thalamū ꝯſecrauit. Quid eni currere ꝓdeſt: ⁊ an̄ curſus metā deficere? Sic currite dicit apoſtolus vt cōpꝛehēdatis. Oq̄ pſeuerāti pede: curſu3 ille latro compleuit quē pſeuerātia penitentē inuenit. Conſumatus in bꝛeui expleuit tpa multa. Deniq3 ⁊ dn̄s ꝓphetaꝝ ēt p ꝓphetā loqtur. Si cōuerſus fuerit iuſtus a iuſtitia ſua ⁊ fecerit iniqtatē oīu3 iuſtitiaꝝ ſuaꝝ nō recoꝛdaboꝛ. Uides ꝙ q̄ pfunda obliuione virtutes ille ſepeliant̄ q̄s pſeuerantia nō inſignierit. Sola ē igit̄ q̄ amatoꝛē obediētie ad regis cubiculū introducit vt eū videat in decoꝛe ſuo in quē deſiderāt angeli ꝓſpicere. In via igit̄ iſta in q̄ ambulamꝰ abſcōderūt ſupbi laqueū mihi. Difficilima ē via iſta: ⁊ ſpinoſis grauis anfractibꝰ multiplicīū vinculoꝝ nexibꝰ innodata. An tu ibi putas obedientie fructū: cū ſubditus audit obedientiā: q̄ multis expetierat notis: cū ei pcipit̄ qd redoleat dignitatē gaudio ⁊ letitia fluitet potētie fulciat̄ imagine? Econtrario aūt. An tu illi obediētie meritū aſſignas: q̄ cū aduerſitate ꝑcedēs terret animū auditoꝛis grauis ad audiēdū grauioꝛ ad implēdū? Nō ē ita. Faciendū ē vt a pſperitate aīo ſeparemur: ⁊ aduerſitate3 aīo cōplectamur: ſi volumꝰ illu3 ſequi q regnū fugit ⁊ ad paſſionē voluntarius venit. Aiaduertis igit̄ qꝛ vie iſte. vie vite ſunt ducētes ad vitā. Beati mites qm̄ mites docebit dn̄s vias ſuas. Cōtiget aūt eis qd ſequit̄. Adimplebis me letitia cum vultu tuo: qꝛ q̄ diu ſumꝰ in coꝛpoꝛe pegrinamur a dn̄o. Lōge ſumꝰ a facie dei. a vultu gloꝛie. a cōtēplatione maieſtatis: niſi qꝛ pleruq3 miſericoꝛs ⁊ miſeratoꝛ dominus illuminat vultū ſuū ſup nos. Hoc aūt

fit cũ remota nube illa que oppoſi-
ta erat ne tranſiret ořo: accedimus
ad illũ ⁊ illuminamur reuelata fa
tie gloriã ſpeculãtes. Nõ autẽ ita
ꝓprie reuelata fatie accipiamꝰ: cũ
videamus adhuc ꝑ ſpeculũ in eni
gmate ⁊ carcerali corpore tenea-
mur. Reuelata enim dicit quanta
ad caliginem corporꝫ: vñ ſpũs iſte
creatꝰ aliqñ ad creatorẽ ſpm̃ emer
git ⁊ adherens ei. Unꝰ cũ eo ſpũs
efficit̃. Nulliꝰ aũt momenti eſt iſta
cõtẽplatio: qꝛ ſpũs corporeis clau
ſtris circũdatus freq̃nti carnis cõ
tagione relidit̃ ⁊ ſupra creaturam
cõſtitutꝰ: infra queq; viliſſima pro
tinus reperit̃. Sed ⁊ creator ſpũs
cuius magna ſunt opa exq̃ſita in
oẽs volũtates eius: modo accedit
modo recedit. Accedit neſcientibꝰ
nobis: nõ ignorantibus nobis re-
cedit: qꝛ neſcimꝰ vñ vẽiat aut quo
vadat. Et plerũq; quãto freq̃ntiꝰ
q̃ritur tãto velotior elongat̃: iuxta
qđ ipſe loquit̃ ſponſe. Auerte ocu-
los tuos a me: qꝛ ipſi me auolare
fecerũt. Contingit etiã vt cũ non q̃
rit̃ veniat: cũ querit̃ fugiat: ſic ſpon
ſe in canticis multipliciter oñdit̃ q̃
ſiſſe ⁊ nõ inueniſſe. Non eſt autem
vultus iſte: vnum glorie dñi inue-
niſſe que eſt ſup cherubin qꝛ vni-
uerſitati angelorꝫ puriſſimus ⁊ cla
riſſimus exhibet̃. nobis vero ſpecu
latorijs ⁊ vmbratilibus ad vmbra
tur ymaginibus. Quia igit̃ hic vul
tũ dei ſicuti eſt videre nõ poſſumꝰ
adimpletionem letitie nõ habemꝰ
donec trahat nos ad ſeipſum: ⁊ ac
cedat caput corpori ⁊ ſit deus oĩa
in omnibus. Illic erit adimplectio
hic eſt guſtus. Guſtamus enim hic
⁊ videmus q̃ ſuauis eſt deus: ſed
guſtus iſte non tranſit in potum
qꝛ licet videamus: nõ tamen pene-
tramus. In guſtu eſt ſuauis: in ad
impletione admirabilis. Sanctorꝫ
aũt aĩe terrenis exute corporibus
que tamen ad ſedes ethereas ad-
uolauerunt: licet bibant. non tamẽ
adimplentur nõ tamen inebriãtur.
Quamuis enim multa beatitudi-
ne perfruãtur expectant tamen re
ſurrectionem mortuorum corporũ
vt cum in terra ſua duplicia poſſe-
derint ſempiterna perfundant̃ leti
tia. Modo enim illis ſingulis ſin-
gule ſtole albe date ſunt. ⁊ iniũctũ
vt ſuſtineant modicũ donec impij
conterantur duplici cõtritione. ⁊ ip
ſi gemina beatitudine coronentur.
Cum ergo nondũ habeãt qđ ha-
bere deſiderant inebriari non poſ-
ſunt ſ; eſt illa viſio potꝰ. vt ſic ab-
q; labore bibit̃. ita ſine labore q̃e-
ſcat̃ donec ſatient̃ cum apparuerit
gloria ſua. Cũ aũt reſurgemus in
virꝫ ꝑfectũ in mẽſurã etatis pleni-
tudinis xp̃i: ⁊ glorioſa illa ciuitas
margaritis ſuis ornabit̃: ⁊ ſicut le-
tantiũ habitatio erit in ea: tũc ad-
implebit nos letitia cuꝫ vultu ſuo
qꝛ videbimꝰ eũ ſicuti ẽ: tũc inebria
bimur ab vbertate domꝰ ſue ⁊ tor
rente voluptatis ſue potabit nos: ⁊
dicet̃ nobis. Bibite ⁊ inebriamini
chariſſimi qꝛ ⁊ anima illuminatio-
nem ⁊ corpus glorificationem iu-
re perpetuo poſſidebunt. Sequi-
tur. Delectationes in dextera tua

vſqʒ in finē. Siniſtra dei vita pñs eſt. Et quia pro ſiniſtro ducimus quicquid nō multū curamus: per ſiniſtram vita preſens accipitur in qua deus electos ſuos ſic ab impijs permittit flagellari: ut etiam patiatur occidi. An non tibi videtur obliuioni dati qui dicunt propter te mortificamur tota die eſtimati ſumus ſicut oues occiſionis quare faciem tuam auertis: obliuiſceris inopie noſtre? Per dexterā vero: illa beata vita ſignificatur: que neſcit niſi gaudia: de qua nihil aliud dicere poſſumus niſi qꝛ glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. Ibi ſunt delectatiōes ille quas oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hominis aſcēdit: q̄s preparauit deus diligentibus ſe. In ſiniſtra retributiones. In dextera delectationes. Uſqʒ autem? Uſqʒ in finem. Quis eſt iſte finis? Finis ad iuſtitiam chriſtus omni credenti. Finis ille de quo ſapientia dicit. Attingit a fine vſqʒ ad finem fortiter ꝛ diſponit omnia ſuauiter. Ipſe eſt finis ad quem cum venerimus nihil amplius ſitiem[9]. Jeſus ſponſus eccleſie qui ē deus benedictus in ſecula. Amen.

Facturum me operepretiū duxi: ſi diui Barnar. tractatui de gradib[9] humilitatis ꝛ ſupbie ad maiorem eius intelligentiā: put legēti ſatis erit pſpicuū: beati Benedicti gradus humilitatis prepoſuero.

Ex regula btiſſimi patrs Bñdicti de humilitate capl. vij.

Clamat nobis ſcriptura diuina fratres: dicens: Omnis qui ſe exaltat: humiliabit: ꝛ qui ſe humiliat: exaltabitur. Cum hec ergo dicit: oſtendit nobis omnem exaltationē genus eſſe ſuperbie. Quod ſe cauere propheta indicat dicēs. Dñe nō ē exaltatū cor meū. Neqʒ elati ſūt oculi mei: Neqʒ ambulaui in magnis neqʒ in mirabilibus ſup me. Sed quid? Si nō humiliter ſentiebam: ſed exaltaui animam meam. Sicut ablactatus ſup matrē ſuā: ita retribues in anima mea. Unde fratres ſi ſūme humilitatis culmen volumus attingere: ꝛ ad exaltationē illā celeſtē: ad quā p preſentis vite humilitatem aſcendit: volumus velociter peruenire: actibus noſtris aſcendentibus ſcala illa erigēda eſt: que in ſomno iacob appuit: p quā ei deſcēdētes angeli: ꝛ aſcēdētes monſtrabant. Non aliud ſine dubio dſcēſus ille: ꝛ aſcēſus a nobis intelligitur: niſi exaltatione deſcēdere: ꝛ humilitate aſcēdere. Scala vero ipa erecta noſtra ē vita in ſeculo: que humiliato corde a domino erigitur ad celū. Latera enim eiuſdem ſcale dicimus noſtrum eſſe corpus ꝛ animam: in qbus lateribus diuerſos gradus humilitatis: vel diſcipline vocatio diuina aſcendendos inſeruit.

Gradus primus humilitatis.

¶ Primus itaqʒ grad[9] hūilitatis ē: ſi timorē dei ſibi añ oculos ſemper ponēs obliuionē oīno fugiat.

Et ſemp ſit memoꝛ oīuꝫ: q̄ p̄cepit
de⁹. Et q̄liter ꝯtēnētes deū in ge-
hēnā p peccatis icidūt: ⁊ vitā eter
nā: q̄ timētib⁹ deū p̄parata ē: aīo
ſuo ſemp reuoluat. Et cuſtodiens
ſe oī hoꝛa a pctīs: ⁊ vitijs. i. cogita
tionū: lingue: oculoꝝ: manuum: pe
dū: vel volūtatꝭ ꝓpꝛie: ſed ⁊ deſide
ria carnis āputare feſtīet. Eſtimet
ſe hō de celis a deo ſemp reſpici oī
hoꝛa: ⁊ facta ſua ī oī loco ab aſpe-
ctu diuinitatis videri: ⁊ ab āgelis
oī hoꝛa deo nūciari. Demonſtrat
nobis hoc ꝓpħa. Cū ī cogitatōib⁹
nr̄is ita deū ſemp p̄ſitem oſidit di
cēs. Scrutās coꝛda ⁊ renes deus.
Et itē Dn̄s nouit cogitatiōes ho-
minū: qm̄ vane ſunt. Et iteꝫ dicit.
Intellexiſti cogitatiōes meas a lō
ge. Et q2 cogitatio hoīs ꝯfitebit̄ ti
bi. Nā: ut ſollicitus ſit circa cogita
tiōes ſuas ꝑuerſas. dicat ſemp vti
lis frater in coꝛde ſuo. Tūc ero im
maculat⁹ coꝛā eo: ſi obſuauero me
ab iniqtate mea. Volūtatē ꝟo ꝓ-
pꝛiaꝫ ita facere ꝓhibemur: cū dicit
ſcriptura nob: ⁊ a volūtatib⁹ tuis
auertere. Et itē rogam⁹ deū ī oꝛa-
tione: vt fiat illius uolūtas in nob.
¶ Docemur ḡ merito nr̄am nō fa
cere volūtatē: cū cauem⁹ illud qđ
dicit ſcriptura. Sūt vie: q̄ putant̄
ab hoīb⁹ recte: quaꝝ finis vſq; ad
ꝓfundū īferni demergit. Et cū itē
cauem⁹ illđ: qđ de negligētib⁹ di-
ctū ē. Coꝛrupti ſūt: ⁊ abhoīabiles
facti ſunt in voluptatib⁹ ſuis. In
deſiderijs ꝟo carnis ita nob deuꝫ
credam⁹ ſemp eē p̄ntē: cū dicit ꝓ-
pheta dn̄o. Añ te ī oē deſiderium
operis: ⁊ cuſtodias illam: ſi iniunctum perfeceris: quandoqꝫ tranſitura ad melius: vbi nec opus ſit in aliquo opere occupari: nec de cuſtodia ſolicitari. Omne lignuꝫ paradiſi tibi conceditur ad veſcenduꝫ: preter illud. quod dicitur ſciẽtie boni ⁊ mali. Si enim cetera bona ſunt: ⁊ ſapiunt bonum: quid eſt opus edere de ligno: qđ ſapit etiaꝫ malum. Non plus ſapere: q̃ᵐ oportet ſapere. Sapere enim malum: ſapere non eſt: ſed deſcipere. Serua ergo commiſſuꝫ: expecta promiſſũ: caue prohibitum: ne perdas conceſſum. Quid tuá mortem tã intẽte intueris: Quid illo tam crebro vagantia lumina iacis: Quid ſpectare libet quod: manducare non licet: Oculos inquis tendo non manum. Non eſt interdictum ne videam: ſed ne cõmedam. An nõ licet oculos: quo volo leuare: quoſ deus in mea poſuit poteſtate: Ad quod apoſtol⁹. Omnia mihi licẽt: ſed nõ omnia mihi expediunt. Et ſi culpa nõ eſt: culpe tamẽ inditiuꝫ eſt. niſi enim mens minus ſe curioſe ſeruaret: tua curioſitas tempus vacuũ nõ haberet. Et ſi culpa nõ eſt: culpe tamen occaſio eſt: ⁊ inditiũ cõmiſſe: ⁊ cauſa cõmittende ẽ. Te enim intenta ad alind latẽter interim in cor tuũ ſerpens illabit: blande alloquit. Bláditijs rõneꝫ: mẽdatijs timorem cõpeſcit: nequaq̃ᵐ inquiẽs morieris. Auget curaꝫ: dũ incitat gulá. Acuit curioſitateꝫ dũ ſuggerit cupiditatẽ. Offert tandẽ ꝓhibitum: ⁊ aufert conceſſum. Porrigit pomũ: ⁊ ſurripit paradiſuꝫ. Hauris virus periturá: ⁊ pituros paritura. Perit ſalus: nõ deſiſtit ꝑtus. Naſcimur morimur: ſ̃ꝗ ꝫ naſcimur morituri: quia ꝑ̃us morimur naſcituri ꝓpterea graue iugũ ſup oẽs filios tuos vſqꝫ in hodiernũ diẽ. ¶ Sed ⁊ tu ſignaculũ ſimilitudinis nõ in paradiſo: ſꝫ in delitijs paradiſi dei poſitus es. Quid ápli9 querere debes: Plenus ergo ſapiẽtia: ⁊ ꝑfectus decore: altiora te ne queſieris: ⁊ fortiora te ne ſcrutat⁹ fueris. Sta in te: ne cadas a te: ſi ábulas in magnis ⁊ in mirabilibus ſup te. Sed q̃d interim ex obliquo intẽdis ad aquilonẽ. Iaꝫ te video: iá te perſpicio: neſcio que ſupra te curioſius rimantẽ: ponaꝫ inquis ſedẽ meaꝫ ad aquilonem. Ceteris aſtátibus celicolis: duꝫ tu ſolus ſedere affectas: fratrũ cõcordiá: toti⁹ celeſtis p̃rie pacẽ: ipſius q̃ᵐtũ ĩ te eſt q̃tẽ trinitatis ĩfeſtas. Quo te tua miſer curioſitas ducit vt ꝑ̃ſũptiõe ſingulari non dubites cũcti⁹ ſcãdalũ. iniuriá facere regi: Milia miliũ miniſtrãt ei. ⁊ decies cẽtena milia aſſiſtunt ei. vbi nemo ſedere ꝓhibet. niſi ſolus is. q ſedet ſup cherubin. cui a ceteris miſtrat ⁊ tu neſcio que ꝑ̃ceteris ꝑſpiciẽdo differẽti⁹. curioſi⁹ ingrẽdo. irreuerẽti⁹ ꝑſuadẽdo. ſedẽ tibi collocaſti celo. vbi ſis ſimilis altiſſimo. Quo fine: Qua fiducia: Merite ĩſpitiẽſ vires. pẽſa finẽ. excogita modum. Sciẽte hoc altiſſimo ꝑ̃ſumis. an neſciẽte. Volẽte. an nõ volẽte. ſꝫ quõ malũ quodcunqꝫ machinaris. aut

velle.aut ignoꝛare poteſt.cui⁹ opti
ma voluntas.cuius perfecta ſcien
tia eſt. Nunquid autē ⁊ ſcire ⁊ nol
le nō dubitas.ſed nō poſſe reſiſte
re putas. At vero niſi te conditum
eſſe dubitaueris. dubitare te non
crediderim de oīpotentia. ſiue de
oīmoda ſciā.ac bonitate condito
ris.qui te de nihilo potuit.talē ſci
uit.tamē condere voluit. Quō er
go deū ꝯſentire exiſtimas. qđ fieri
nolit.refellere poſſit. An foꝛte in te
video cōpleri. imo a te initiari qđ
poſt te.⁊ ꝑ te a tui ſimilibus in ter
ris frequentatū ſolet vulgariter di
ci. Priuatus dn̄s temerarios nu
trit. An oculus tuus neq̄ eſt.quia
ille bonus eſt. De cuius bonitate
dū fiduciaꝫ nefariam ſūmis.fact⁹
es ⁊ contra ſcientiaꝫ.impudens. ⁊
contra potentiā audax. Hoc ē.n.
o impie.hoc eſt quod cogitas. hec
eſt iniquitas.quā meditaris in cu
bili tuo. ⁊ dicis. Putas creator
opus ſuum deſtruat. Scio quideꝫ.
quia non latet deuꝫ qualiſcūqꝫ co
gitatio mea. Deus eniꝫ eſt.nec pla
cet ei qualiſcunqꝫ talis cogitatio
mea.qꝛ bonus eſt. Sed nec. ſi ve
lit effugiam manus eius. qꝛ potēs
eſt. Nunquid tamē mihi timendū
eſt. Si enim cū bonus ſit.nō poteſt
illi placere malū meum. quāto mi
nus ſuuꝫ. Meum quippe dixerim
ꝯtra eius voluntatem aliquid vel
le.ſuū autē ſi vindicet ſeſe. Taꝫ er
go qđcunqꝫ ſcelus nō valet velle
vlciſci.q̄ nec vult.nec valet ſua bo
nitate pꝛiuari. ¶ Fallis te miſer.
fallis te.nō deum. Te inquā fallis

⁊ mentitur iniquitas ſibi nō deo.
Doloſe quidem agis:ſed in ꝯſpe
ctu eius. Te ergo fallis non deuꝫ.
Et quia đ magno eius bono in te.
tu magnum in eum excogitas ma
lum.merito iniquitas tua inueniť
ad odium. Que maioꝛ nāqꝫ iniq
tas q̄ vt inde a te creatoꝛ ꝯtēnať.
vnde plus amari merebať: Que
maioꝛ nāqꝫ iniquitas quā cum de
potentia dei nō dubites.quin te.ſ.
deſtruere poſſit qui ꝯdere potuit.
ꝯfiſus tamen de multa eius dulce
dine.qua ſperas eū nolle vindica
re cuꝫ poſſit.malū pꝛo bonis. odiū
pꝛo dilectiōe retribuas: Hec inq̄
iniquitas nō ira momentanea.ſed
odio digna ē ſempiterno. qua tuo
dulciſſimo ⁊ altiſſimo domino. licꝫ
inuito deſideras tamen ac ſperas
equari.quatenus ſemꝑ videat qđ
doleat. dum te ſocium habeat cuꝫ
nollit nec deiciat cum poſſit. quin
potius eligat ipſe doloꝛ.q̄ te patia
tur perire. Poſſit quidem deijcere
ſi velit.ſed pꝛe dulcedine vt exiſti
mas velle non poſſit. Certe ſi talis
eſt qualem putas. tanto nequius
agis ſi non amas. Et ſi ille patitur
aliquid fieri cōtra ſe.potius q̄ ipſe
aliquid faciat contra te.quāta ma
litia eſt.vt vel tu non ꝑcas illi.qui
ſibi non parcit parcendo tibi: Ab
ſit tñ ab eius perfectione vt quia
dulcis eſt.iuſtus nō ſit.quaſi ſimul
dulcis.⁊ iuſtus eſſe non poſſit cum
melioꝛ ſit iuſta dulcedo. q̄ remiſſa
imo virtus nō ſit dulcedo ſine iu
ſtitia. Quia igitur gratuite dei bo
nitati.qua gratis factus ē ingrat⁹

exiſtis:iuſtitiā vero:quā exptꝰ es;
nō metuis:īdqꝫ audacter commi-
tis culpam:de qua falſo tibi ꝑmit-
tis impunitatem:iaꝫ ecce iuſtū ſen
ties.quem bonum noſti: cadēs in
foueam quaꝫ paras auctori:vt dū
.ſ.talem in eum penam machina-
ris:qua tamen valeat carere ſi ve-
lit.ſed vt putas:non valeat velle:ꝛ
ideo nec carere ea vtiqꝫ bonitate:
qua neminem expertus es illū pu-
niſſe.talem iuſtus deus iuſtiſſime ī
te retorqueat penam:qui nec debꝫ:
nec valet pati ſuam impune boni-
tatem offendi:ſic vtiqꝫ temperans
in vindicta ſententiam vt ſi velis
reſipiſcere nō neget veniam. ſcđm
tamen duritiam tuam:ꝛ cor impe-
nitens non poſſis velle:ꝛ ideo nec
pena carere. Sed iam audi calum-
niam. Celum inquit mihi ſedes eſt:
ꝛ terra ſcabellum pedum meoruꝫ.
Non dixit oriens:aut occidēs:aut
vna aliqua celi plaga:ſed totuꝫ ce-
lū mihi ſedes eſt. Non potes ergo
in parte ſedere celi:cum ille totum
elegerit ſibi. In terra non potes:qꝛ
pedum eius ſcabellum eſt. Terra
ꝛ.n.locus ſolidus eſt:vbi ſedet ec-
cleſia fundata:ſupra firmam petrā
Quod facies:E celo pulſus in ter
ra remanere non potes. Elige ergo
tibi in aere locum:non ad ſedēdū:
ſed ad volandum:vt qui tempta-
ſti cōcutere ſtatum eternitatis:pe-
nam ſentias proprie fluctuatiōis.
Te ergo fluctuante inter celum et
terram:ſedet dominus ſuper ſoliuꝫ
excelſum ꝛ eleuatum:ꝛ plena ē oīs
terra maieſtate eius: vt nuſꝗ niſi
in aere inuenias locum. Seraphin
namqꝫ alījs quidem alis ſue con-
templationis de trono ad ſcabellū
de ſcabello ad tronuꝫ volātia. alījs
caput domini pedeſqꝫ velantia:ad
hoc ibi poſita puto:vt ſicut homini
peccanti paradiſi per cherubin ꝓ-
hibetur ingreſſus.ita ꝛ per ſeraphī
modus tue curioſitati imponeret
quatenus nec celi iam magis im-
pudenter. ꝙ imprudenter archana
rimeris:nec eccleſie miſteria cogno
ſcas in terris. ſed ſolis contentꝰ ſis
cordibus ſuperborum:qui nec ī ter
ra dignantur eſſe: ſicut ceteri homi
num:nec ſicut angeli volant ad ce
lum. Licet vero a caput in celo. et
pedes a te in terra abſcondantur:
quiddā tamē tibi medium vidēdū
ad inuidendū dūtaxat ꝑmittitur.
Dum ſuſpēſus in aere deſcēdenteſ
quideꝫ pte ꝛ aſcendentes angelos
intueris. ſed quid vel audiāt in ce-
lis:vel nuntient terris. penitus ne-
ſcis: O lucifer qui mane oriebaris:
immo nō iam lucifer ſed noctifer:
aut etiā mortifer. rectus curſus tu-
us erat ab oriente ad meridiē:ꝛ tu
prepoſtero ordine tendis ad aqui-
lonem. Quanto magis ad alta fe-
ſtinas:tanto celerius ad occaſum
declinas. Velim tamē curioſius o
curioſe intentionem tue curioſita-
tis inquirere. Ponam inquis ſedē
meam ad aquilonem. Nec aquilo-
nem hunc corporalem: nec ſedem
hanc cum ſis ſpiritus intelligo ma
terialem. Puto autem per aquilo-
nem reprobandos homines fuiſſe
deſignatos:ꝑ ſedē ꝑtātem in illos.

Quos vtiq; in preſentia dei:quanto ei viciniores:tanto ceteris pſpicatior preuidens:nullo quidē ſapientie radio coruſcantes nullo ſpirit⁹ amore feruentes velut vacuū reperire locum:affectaſti ſuper illos dominium:quos quadam tue aſtucie claritate perfunderes: tue malicie eſtibus inflāmares:vt quō altiſſimus ſua ſapientia ac bonitate oībus filijs obedientie preerat:ita et tu ſuper oēs filios rex ſuperbie cōſtitutus tua eos aſtuta malicia ac malicioſa aſtucia regeres:per qđ ſimilis altiſſimo eſſes. Sȝ miror quō ſi in pſentia dei tuū videris principatum cur nō in eadē preuidiſti et precipitiū: Naȝ ſi preuidiſti:que inſania fuit:vt cum tanta miſeria cuperes principari:vt malles miſere peſſe: q̄ȝ feliciter ſubeſſe. An non expedierat pticipem eſſe plagaȝ illarum luminoſaȝ: q̄ȝ principē tenebraȝ harum: Sed credibili⁹ eſt: ꝙ non preuidiſti:aut ꝑpter illā cām quā ſuperius dixi.q: dei bonitatē attēdēs:dixiſti ī cordetuo:ñ requiret ꝑpter qđ o impie deū irritaſti:aut q: viſo principatu ſtatim in oculo ſuperbie trabes excreuit:qua interpoſita caſum videre non potuiſti. Sic ioſeph:cū ſuam ꝓuidiſſet exaltationem:nō tñ preſciuit ſui venditionem:q̄uis propior eſſet venditio q̄ȝ exaltatio. Non ꝙ tm̄ patriarcham in ſuperbiā crediderim incidiſſe.ſed vt eius exēplo pateat: ꝙ hi:qui futura preuident ꝑ ſpiritū ꝓphetie: ꝛ ſi non omnia:non ideo tamen putandi ſunt nulla ꝓuidiſſe

Quod ſi quis contendat in eo: ꝙ ſomnia ſua adhuc adoleſcentulus narrabat:quoꝝ tūc myſteriū ignorabat:vanitate poſſe notari. tamē myſterio magis ſue ſimplicitati puerī deputandū arbitror q̄ȝ vanitati. Que tamen ſi qua fuit:per ea q̄ paſſus legitur.potuit expiari. Nō nullis.n.aliqua aliquando de ſe ꝑ reuelationē iocunda monſtrantur que ꝛ ſi humanus aius abſq; vlla vanitate ſcire non poteſt:nō min⁹ ideo eueniet:qđ monſtratū eſt:ſic tamē vt illa vanitas impunita nō ſit:qua de magnitudine reuelationis aut promiſſionis in ſe vel leuit̄ exultauit. Sicut.n.medicus non ſolum vnguento.ſed igne ꝛ ferro vtitur.quo omne.qđ in vulnere ſanādo excreuerat:ſecet. ꝛ vrat.ne ſanitatem.que ex vnguento procedit. impediat. ſic medicus animarum deus huiuſmodi anime procurat tentationes. īmittit tribulationes quibus afflicta.ꝛ humiliata gaudium vertat in luctum. reuelationem putat illuſionem. Unde fit.vt ꝛ vanitate careat.ꝛ veritas reuelationis non pereat. Sic pauli extollentia per ſtimulos carnis reprimitur.ꝛ ipſe reuelationibus crebris attolitur. Sic zacharie infidelitas lingue obligatione mulctatur.ꝛ angeli veritas ſuo in tempore manifeſtanda non mutatur. Sic ꝑ gloriam ꝛ ignobilitatem ſancti ꝓficiūt Dum inter ſingularia dona.q̄ recipiunt.cōi hoīum vanitate pulſari ſe ſentiunt.vt dum per grām ſupra ſe aliquid cernunt. nō obliuiſcant̄

qd ſunt. Sed quid de reuelationibus ad curioſitatē? De quibus vt hoc per exceſſum intermiſcerem. inde occaſio ſumpta eſt. cum oſtendere vellem ſic reprobū angelum ante caſum ſuum potuiſſe preuidere illam. quā poſt accepit in reprobos homines dominationē. vt tamen ſuam non ꝑſciret dānationem. De quo etiam nōnullis queſtiūculis motis magis q̄ ſolutis. totius diſputatiuncule hec ſumma ſit. q̄ ꝑ curioſitatem a veritate ceciderit. quia prius ſpectauit curioſe. qd affectauit illicite. ſperauit preſūptuoſe. Jure igitur in gradibus ſupbie primū curioſitas vēdicat ſibi. que etiā inuenta eſt initiū eſſe oīs peccati. Sed niſi hoc citius cohibeat. in leuitatem aī. q̄ ſcd's gradus eſt cito dillabitur.

Scd's gradus leuitas.

¶ Monachus. n. qui ſui negligēs alios curioſe circūſpicit. dum quoſdam ſuſpicit ſuperiores quoſdam deſpicit inferiores. et in alijs quidē videt qd inuidet. ī alijs qd irridet inde fit vt pro mobilitate oculorū leuigatus animus. nulla vtiq; ſui cura aggrauatus. modo per ſuperbiam ad alta ſe erigat. modo ꝑ inuidiam in ima demergat. Nunc ꝑ inuidiā nequiter tabeſcit. nūc per excellētiā pueriliter hylareſcit. Jn altero neq̄. in altero vanus. ī vtroq; ſuperbus exiſtit: q2 et q̄ ſuperari ſe dolet. et q̄ ſuperare ſe gaudet. amor proprie excellētie facit. Has autem animi viciſſitudines. nunc pauca et mordatia. nunc multa et inania. nunc riſu. nunc luctu plena ſemper vero irrationabilia indicāt verba. Compara ſi vis hos duos primos ſuperbie gradus. ſupremis duobus humilitatis. et vide ſi non vltimo curioſitas. ī penultimo leuitas cohibeat. Jdipſum in ceteris reperies. ſi alterutrum cōparent. Sz iam ad tertiū docendo. nō deſcendendo veniamus.

Tertius gradus. inepta leticia.

¶ Propriū eſt ſupboꝝ. leta ſemꝑ appetere. et triſtia deuitare iuxta illud. Cor ſtultoꝝ vbi leticia. Vn̄ et monach9 q duo iā ſupbie gradus deſcēdit. dū ꝑ curioſitatē ad aī leuitatē deuenit. cū gaudiū qd ſemper appetit. frequēti videt īterpollari triſticia. quā de bonis alterius ꝯtrahit. īpatiēs ſue hūiliatiōis. fugit ad ꝯſiliū ꝯſolatiōis. Ex illa deniq; ꝑte. qua ſibi ſua vilitas. et aliena excellētia monſtrat. reſtringit curioſitatē. vt totū ſe trāſferat ī cōtrariā ꝑtē. q̄ten9 in quo ipſe vi precellere curioſius notet. ī quo alter ꝑcellit. ſemꝑ diſſimulet. vt dū deuitat. qd triſte putat leticia ꝯtinuet. Sicq; fit. vt ſibi viciſſim. quē vēdicabāt gaudiū et triſticia. ſola poſſidere incipiat īepta leticia. Jn hac aūt tertiū tibi gradū ꝯſtituo. Accipe qbus eā ſignis vel in te deprehēdas vel altero. Jllū qui eiuſmodi eſt. aut nunq̄ aut raro gementem audies. aut lachrimantē videbis. Putes ſi attēdas. aut ſui oblitū. aut ablutū a culpis. Jn ſignis ſcurilitas. in frōte hylaritas. vanitas apparet in inceſſu. pronus ad

locum: facilis ac promptus in riſu. Cunctis quippe: que in ſe contemptibilia: et ideo triſtia nouerat a memoria raſis: boniſqz ſi qua ſentit in ſe: adunatis vel ſimulatis ante oculos mentis: dum nil cogitat: niſi quodlibet: nec attendit ſi licet: iam riſum tenere: iam ineptam leticiam diſſimulare non valet. Ut enim veſica collecto turgida vento: punctoqz perforata exiguo: ſi ſtringitur crepitat: tum detumeſcit: ac ventus egrediens non paſſim effuſus: ſed ſtrictim emiſſus: crebros quoſdam ſonitus reddit: ſic monachus vbi vanis ſcurrilibuſqz cor ſuum cogitationibus impleuerit: propter diſciplinam ſilentii non inueniens ventus vanitatis qua plenius egrediatur inter anguſtias fauciū per chachinnos excutitur. Sepe vultum pudibundus abſcondit: claudit labia dentes ſtringit: ridet tamen nollens: chachinnat inuitus. Cumqz os pugnis obſtruxerit ſuis: per nares adhuc ſternutare auditur.

Quartus gradus iactantia.

At poſtqz vanitas creſcere et veſica groceſcere ceperit neceſſe est: vt ampliori foramine laxato ſinu: ventoſitas eructuet. Alioquin rumpetur. Sic monachus inepta redundante leticia dum riſu vel ſignis eam aperire non ſufficit: in heliu verba prorumpit. En venter meus quaſi muſtum abſqz ſpiraculo: quod nouas languunculas dirumpit. Aut loquetur ergo: aut rumpet. Plenus eſt enim ſermonibus: et coartat eum ſpiritus vteri ſui. Eſurit et ſitit audito res: quibus ſuas iactitet vanitates quibus omne: quod ſentit: effundat: quibus qualis et quantus ſit innoteſcat. Inuenta autem occaſione loquendi: ſi de litteris ſermo exoritur: vetera proferunt et noua: volant ſententie: verba reſonant ampuloſa: preuenit interrogantem: non quærenti reſpondit. Ipſe querit: ipſe ſoluit: et verba collocutoris precidit imperfecta: Cum autem pulſato ſigno neceſſe eſt interrumpi colloquium: horam longam breue queritur interuallum: querit licentiam vt ad fabulas reuertatur poſt horam: non vt quempiam edificet: ſed vt ſcientiam iactet. Edificare poteſt: ſed non edificare intendit Non curat te docere: vel a te doceri ipſe quod neſcit: ſed vt ſcire ſciatur quod ſcit. Quod ſi de religione agitur: ſtatim viſiones et ſomnia proferuntur. Deinde laudat ieiunia: commendat vigilias: ſuper omnia orationes exaltat: de pacientia: de humilitate et de ſingulis virtutibus pleniſſime ſed vaniſſime diſputat: vt tu ſcilicet ſi audieris dicas: quod ex abundantia cordis os loquitur: et quia bonus homo de bono theſauro ſuo profert bona. Si ad lubrica ſermo conuertitur: in his quanto aſſuetior tanto loquatior inuenitur. Dicas: ſi audias: riuum vanitatis fluuium eſſe ſcurrilitatis os eius: ita vt ſeueros quoqz et graues animos in leuitatem concitet riſus. Et vt totum in breui colligam: in multiloquio nota iactantiam In hoc habes quartum gradum: et deſcriptum et nominatum. Fuge rem: et tene nomen. Hac eadem cautela iam accede

ad quītū:quē noīo ſingularitatē.

Quintus gradus ſingularitas.
¶ Turpe eſt.n.qui ſe ſupra ceteroſ iactat:ſi non plus ceteris aliquid agat:per qđ vltra ceteros appareat:proinde non ſufficit ei ꝙ cōmunis monaſterij regula vel maiorū cohortantur exempla. Nec tamen melior eſſe ſtudet:ſed videri:nō melius viuere:ſed videri vincere geſtit:quatenus dicere poſſit. Nō ſuꝫ ſicut ceteri hominū. Plus ſibi blādit̄ de vno ieiunio:qđ ceteris prandentibus facit:q̄ꝫ ſi cum ceteris ſeptem dies ieiunauerit. Cōmodior ſibi videtur vna oratiuncula peculiaris q̄ꝫ tota plaſmodiſa vnius noctis. Inter prandēdū crebro ſolet oculos iactare per mēſas:vt ſi quē minus comedere viderit:victuꝫ ſe dolcat:⁊ incipiat idipſum ſibi crudeliter ſubtrahere:qđ neceſſarium victui indulgendū preuiderat:pl⁹ glorie metuens detrimentum q̄ꝫ famis cruciatū. Si quē macriorem:ſi quē pallidiorē ꝓſpexerit: vilem ſe eſtimat:nunq̄ꝫ requieſcit. Et quoniam vultum ipſe ſuū videre nō pōt qualē.ſ.ſe intuētibus offert:man⁹ quas pōt ⁊ brachia ſpectans:palpat coſtas:humeroſ attractat ⁊ lūbos:vt:ſm ꝙ corpis ſui mēbra vel minus vel ſatis exilia probat:pallorem oris ac colorē diſcernat. Ad omnia deniqꝫ ſua ſtrenuus.ad cōmunia piger vigilat i lecto:dormit in choro. Cūqꝫ alijs pſallentib⁹ tota nocte ad vigilias dormitet:poſt vigilias alijs in clauſtro quieſcentibus:ſolus in oratorio remanet:excreat:⁊ tuſcit.gemitibus.ac ſuſpiriis aures foris ſedentiū de angulo implet. Cum autem ex his.que ſingulariter ſed inaniter agit: apud ſimpliciores eius opinio creuerit qui profecto opera probant:q̄ cernunt.ſed vnde prodeant nō diſcernunt. Dum miſerum beatificant:ī errorem inducunt.

Sextus gradus arrogantia.
¶ Credit: quod audit. laudat. qđ agit.⁊ quod intendat.nō intendit. Obliuiſcitur intentionem.dū amplectitur opinionē. Quiqꝫ de omni alia re plus ſibi credit q̄ꝫ alijs.đ ſe ſolo plus alijs credit q̄ꝫ ſibi.vt non iam verbotenus aut ſola opeꝝ oſtatione ſuam preferat religionem: ſed intimo cordis credat affectu omnibus ſe ſanctiorem. Et q̄cquid de ſe laudatum agnouerit.nō ignorantie aut beniuolentie laudatoriſ ſed ſuis meritis arroganter aſcribit. Unde poſt ſingularitatem ſextum ſibi gradum iure arrogantia ſibi vendicat. Poſt hanc preſumptio inuenitur.in qua ſeptim⁹ gradus conſtituitur.

Septimus gradus p̄ſumptio.
¶ Qui enim alios ſe precellere putat.quomodo non plus de ſe q̄ꝫ de alijs preſumat: Primus in conuētibus reſidet.in cōſilijs primus reſpondet:non vocatus accedit.non miſſus ſe intromittit. reordinat ordinata.reficit facta. Quicquid ipſe non fecerit.aut ordinauerit. nec recte factum. nec pulchre exiſtimat ordinatuꝫ. iudicat iudicantes.preiudicat iudicaturis. Si cuꝫ tēpus

aduenerit.nõ promoueatur ad põ ratum.ſuum abbatem aut inuidũ iudicat:aut deceptum. Qđ ſi mediocris ei aliqua obedientia iniuncta fuerit. indignatur aſpernatur: arbitrãs ſe non eſſe minoribus occupandum:qui ſe ad maiora ſentit idoneum. Sed qui ſic promtul⁹ ad omnia ſe magis temere q̃ libere conſueuit ingerere: impoſſibile ẽ eum aliquando non errare. Ad p̃latum autem pertinet errantem arguere. Sed quomodo culpam ſuã confitebitur:qui nec eſſe putat nec putari culpabilis patitur? Propterea:cum ei culpa imputatur:creſcit non amputatur. Si ergo cum argutus fuerit. declinare cor eius videris in verba malitie: in octauuꝫ gradum.qui dicitur defenſio peccatorum noueris corruiſſe.

Octauus grad⁹. Defenſio pctõꝝ.

Multis ṽo modis fiunt excuſationes in peccatis.Aut enim dicit: qui ſe excuſat.non feci.aut feci quidem:ſed bene feci:aut ſi male: non multum male:aut ſi multum male: non mala intentione. Si autem et de illa ſicut adam vel eua conuincit:aliena ſuaſione excuſare ſe nititur. Sed qui procaciter etiaꝫ aperta defendit:quãdo occultas ꝛ malas cogitationes cordi ſuo aduenientes humiliter reuelaret abbati?

Nonus grad⁹ Simulata ꝯfeſſio.

Licet vero genera hec excuſatõnis eatenus mala iudicentur: quatenus ore prophetico verba malitie appellentur:multo tamen, periculoſioꝛ eſt fallax ac ſuperba cõfeſſio.q̃ procax ꝛ obſtinata defenſio. Nonnulli.enim cum de apertioribus arguuntur:ſcientes: ꝙ ſi ſe defenderent.ſibi non crederetur.ſubtilius inueniunt argumentũ defenſionis verba reſpondentes doloſe confeſſionis. Eſt quippe:vt ſcriptũ eſt.qui nequiter humiliat ſe: ꝛ interiora eius plena ſunt dolo. Vult⁹ demittitur:proſternitur corp⁹. aliquas ſibi lachrymulas extorquẽt: ſi poſſunt:voceꝫ ſuſpiriȷs. verba gemitibus interrumpunt. Nec ſoluꝫ qui eiuſmodi eſt. obiecta non excuſat:ſed ipſe quoqꝫ culpam exaggerat.vt dum impoſſibile aliq̄d aut incredibile culpe ſue ore ipſius aditum audis.etiam illud quod ratũ putabas. diſcredere poſſis:ꝛ ex eo: quod falſum eſſe non dubitas.duꝫ confitetur.in dubium veniat.quod quaſi certum tenebatur. Dumqꝫ affirmant.quod creditur nolũt.cõfitendo culpam defendunt. ꝛ aperiendo tegunt.quando ꝛ confeſſio laudabiliter ſonat in ore:ꝛ adhuc iniquitas occultatur in corde:quaten⁹ magis ex humilitate:q̃ ex veritate cõfiteri putet:q audit.aptãs ſibi illud ſcripture. Juſtus in principio ſermonis accuſatoꝛ eſt ſui. Malunt enim apud homines veritate periclitari q̃ humilitate. cuꝫ apud deum periclitentur vtrinqꝫ. Aut ſi ideo culpa manifeſta ſit. ꝙ nulla penitus verſutia tegi poſſit: nihilominus tamen voceꝫ non corpenitentis aſſumunt. qua notã nõ culpam deleant: dum ignorantiaꝫ manifeſte trangreſſionis. decore re

cōpenſant publice ꝯfeſſionis. Glorioſa res hūilitas: qua ipſa quoqꝫ ſupbia palliare ſe appetit: ne vileſcat. Sed hec cito tergiuerſatio a plato deprehendit̃: ſi ad hāc ſupbā humilitatē nō leuiter flectitur: quo magis diſſimulet culpā: vel diſferat penam. Uaſa figuli ꝓbat fornax: ⁊ tribulatio vere penitētes diſcernit. Qui enī veraciter penitet: laborē penitētie non abhorret: ſed qcquid ſibi pro culpa: quā odit iniungit̃: tacita ꝯſcia patienter āplectit̃. Jn ipſa quoqꝫ obediētia duris ac ꝯtrarijs reb9 abhortis: quibuſlibet irrogatis iniurijs: ſuſtinēſ nō laſceſcit: vt in quarto gradu ſtare indicet hūilitatis. Cuius ꝓ ſimulata ꝯfeſſio eſt: vna vel leui cōtumelia: aut exigua pena interrogatus: iā hūilitatē ſimulare: iam ſimulationē diſſimulare nō poteſt. Murmurat: frēdet: iraſcit̃: nec in quarto ſtare hūilitatis gradu: ſed in nonū corruiſſe ſuperbie probat̃. Qui ſm qđ deſcriptus eſt: recte ſimulata ꝯfeſſio appellari pōt. Quāta putas tūc ꝯfuſio fit in corde ſupbi: cū fra9 dcipit̃: pax amittit̃: la9 minuit̃: nec culpa diluit̃. Tandem notat̃ ab oib9: iudicat̃ ab oib9: eoqꝫ vehemēti9 oēs īdignat̃: quo falſuȝ ꝯſpiciūt: qcqd de eo ꝑus opinabant̃. Tūc op9 eſt plato: vt eo minus illi parcēdū putet: quo magis oēs offenderet: ſi vni parceret.

Decimus gradus Rebellio.

¶ Hic niſi cū mi͛atio ſupna reſpiciat: vt qđ valde difficile talibus eſt: vniuerſorū iudicijs tacitus acquieſcat: frōtoſus mox ⁊ impudēs factus: tāto deterius quāto deſperatius in decimū gradū ꝑ rebellionē corruit: quiqꝫ prius latenter arrogās fratres ꝯtēpſerat: iā patenter inobediens etiā magiſtrū ꝯtēnit. Sciendū aūt eſt: ꝙ oēs grad9: quos in .xij. ꝑtitus ſum: in tres tantūmodo colligi pūt: vt in ſex ſuperioribus ꝯtēptus fratrū. in q̄tuor ſequētib9 ꝯtēptus magiſtri: ī duobus qui reſtāt: ꝯſūmetur ꝯtēptus dei. Notandū quoqꝫ ꝙ hi duo ſuperbie grad9 vltimi: qui ⁊ humilitatis aſcendendo primi inueniunt̃ ſicut extra ꝯgregationē aſcendendi ſunt: ita in ꝯgregatione deſcendi nō poſſunt. Qđ autē ante aſcendi debeant: ex hoc aperte datur intelligi: qđ in tertio gradu in regula legitur. Tertius inqt gradus ē: vt quis pro dei amore oī obedientia ſe ſubdat maiori. Si ergo ī tertio gradu ſubiectio collocatur: q̄ proculdubio fit: quando nouitius primum conuentui ſociatur: conſequens eſt: ꝙ duo anteriores iā trāſcenſi intelligant̃. Deniqꝫ vbi fratrū ꝯcordiaꝫ: ⁊ magiſtri ſnīam monachus ſpernit: quid vltra in mōaſterio niſi ſcandalum facit:

Undecimus Libertas peccandi.

¶ Poſt decimū itaqꝫ graduꝫ: qui rebellio dictus eſt: expulſus vel egreſſus de monaſterio: ſtatim accipitur ab vndecimo. Et tunc ingreditur vias: que videntur hominibus bone: quarum finis niſi forte deus eas ſcpierit: demerget euꝫ in profundum inferni. i. in contem

ptã dei. Impius ſiquidem cũ vene
rit in pfundũ malo℞:cõtẽnit. Po
teſt autem.xi.gradus appellari li
bertas peccãdi:p quã monach⁹ cũ
nec magiſt℞ videt:quẽ timeat: nec
fratres:quos revereaꝛ.tãto ſecuri⁹
quãto liberius ſua deſideria imple
re delectaꝛ:a quibus in monaſte
rio taꝫ pudore. q̃ timore phibeba
tur. Sed ⁊ ſi iam fratres vel abba
tẽ non timet:nõdũ tamen dei peni
tus formidine caret. Hanc rõnem
adhuc ſub murmurans voluntati:
nec ſine aliqua dubitatione:q̃qꝫ p̃
mum illicita perficit. ſed ſicut is: q
vadũ tentat pedetentim non cur
ſim vitio℞ gurgitem intrat.

Duodecimus gradus conſuetu
do peccandi.

At poſtq̃ terribili dei iudicio p̃
ma flagitia impunitas ſequiꝛ.exp
ta voluptas libenter repetitur: re
petita blanditur. Cõcupiſcentia re
niviſcente ſopiꝛ ratio:ligat cõſuetu
do. Trahitur miſer in profundum
malorũ:traditur captivus voragi
ni vitiorum:ita vt carnaliũ voragi
ne deſiderio℞ abſortus: ſue, rõnis
diuiniqꝫ timoris oblit⁹: dicat inſi
piens in corde ſuo:nõ eſt deus. Iã
indifferenter libitis p licitis vtitur
iam ab illicitis cogitãdis patran
dis. inveſtigandis:animus manus
vel pedes nõ prohibenꝛ: ſed quic
quid in cor in buccã: ad manuꝫ ve
nerit. machinatur. garrit: ⁊ operaꝛ
maliuolus. vaniloqu⁹ facinoroſus.
Quemadmodum deniqꝫ aſcenſis
his omnibus gradibus corde iam
alacri ⁊ abſqꝫ labore pro bona cõ
ſuetudine iuſtus currit ad vitã: ſic
deſcenſis impius eiſdem pro malo
vſu:nõ rõne ſe gubernãs: nõ timo
ris freno retentans. intrepidus fe
ſtinat ad mortẽ. Medij ſunt qui fa
tigantur:anguſtiantur. qui nũc me
tu gehẽne:nunc priſtina retardati
cõſuetudine deſcendendo vel aſcẽ
dẽdo laborãt. Supremus tantũ ⁊
infimus currere abſqꝫ impedimen
to:⁊ abſqꝫ labore:ad mortẽ hic:ad
vitam ille feſtinat:alter alacrior: al
ter pcliuior. Illũ alacrẽ charitas:
hunc proclineꝫ cupiditas facit. In
altero amor:in altero ſtupor labo
rem non ſentit. In illo deniqꝫ per
fecta charitas:in iſto cõſumata ini
quitas:foras mittit timorẽ. Illi ve
ritas. huic cecitas dat ſecuritatem.
Poteſt ergo duodecimus gradus
appellari cõſuetudo peccandi qua
dei metus amittitur:cõtẽptus in
curritur. Pro tali iam inquit ioan
nes apoſtolus nõ dico:vt qs oret.
Sed nunqd dicis o apoſtole:vt qſ
deſpet: Imo gemat:qui illũ amat.
Nõ p̃ſumat orare. nec deſiſtat plo
rare. Quid ẽ:qđ dico: An forte vl
lum remanet ſpei refugiũ: vbi oĩo
non invenit locũ: Audi credenteꝫ
ſpantem:nec tamẽ orantem. Dñe
inquit ſi fuiſſes hic. frater meus nõ
fuiſſet mortuus. Magna aũt fides
qua credidit ſua p̃ſentia dominuꝫ
mortem phibere potuiſſe:ſi affuiſ
ſet. Modo autem quid: Abſit. vt
quem credidit vivum potuiſſe ſer
vare:mortuum dubitet poſſe reſu
ſcitare. Sed nunc inquit ſcio: quia
quecunqꝫ popoſceris a deo: dabit

tibi deus. Deinde querenti: vbi poſuiſſent eum. reſpondet. Ueni. ⁊ vide. Quãobꝛē o martha magna nobis tuc fidei inſignia tribuis. Sed quomodo cuꝫ tanta fide diffidis? Ueni: inquit: ⁊ vide. Cur ſi non deſperas: non ſequeris. ⁊ dicis. ⁊ reſuſcita? Si aūt deſperas: cur magiſtrum ſine cā fatigas? An foꝛte fides aliquãdo recipit: quod oꝛõ nō preſumit? Deniqꝫ appꝛopinquare cadaueri pꝛohibes: ⁊ dicis: dñe iaꝫ fetet. quatriduanus enim eſt. deſperando dicis hoc: an diſſimulando? Sic quippe ipſe dñs poſt reſurrectionem finxit ſe longiꝰ ire: cū mallet cum diſcipulis remanere. O ſcē mulieres xp̄i familiares: ſi fratrē veſtruꝫ amatis: cur eius miſericoꝛdiã nō flagitatis. de cuius potētia dubitare: pietate diffidere non poteſtis? Rñdent. Sic melius tanꝗ̄ nō oꝛantes oꝛamus. ſic efficatius tanꝗ̄ diffidētes cōfidimꝰ. Exhibemꝰ fidem. ꝓhibemus affectum. ſcit ipſe cui nō eſt opus: vt aliquid dicatur quid deſideremꝰ. Scimꝰ quidem: ꝙ oīa pōt: ſed hoc tã grãde miraculū tam nouuꝫ tam inauditū. ⁊ ſi eius ſubeſt potentie. multū tamen excedit vniuerſa merita humilitatꝭ noſtre. Sufficit nobis potētie locū pietati dediſſe occaſionē. mallētes pacienter expectare: quod velit: ꝗ̄ impudienť q̄rere. qđ forſitaꝫ nolit. Deniqꝫ quod noſtris meritis deeſt verecūdia foꝛtaſſe ſupplebit. Petri quoqꝫ poſt graue lapſum lachrymã quidem video. ſed pꝛecem non audio. nec tamē de indulgētia dubito. Diſce etiã in matre dñi magnã in mirabilibus fidē habere: in magna fide verecūdiã retinere. Diſce verecūdia decoꝛare fidē: repꝛimere ꝑſumptionē. Uinum inquit nō habēt. Quãbꝛeuiť: ꝗ̄ reuerenť ſuggeſſit. vñ pie ſolicita fuit. Et vt diſcas in huiuſmodi magis pie gemere. ꝗ̄ petere ꝑſumptuoſe: pꝛetatis eſtum pudoꝛis temperãs vmbꝛa. cōceptã ꝑcis fiduciam verecunde ſuppꝑſſit. Nō fruntoſe acceſſit. nō palã locuta eſt: vt audacter coꝛã omnibꝰ diceret. Obſecro fili. deficit vinū. contriſtanť conuiue. confunditur ſpōſus. oñde. quid poſſis. Sed lꝫ hoc aut multoꝝ plura pectus eſtuãs feruens loqueretur affectus. pꝛiuatiꝫ tamen potentē pia filium mř adijt. nō potentiã tentans. ſed voluntatem exploꝛãs. Uinū inquit nō habent. Quid modeſtius. Quid fidelius? Non defuit pietati fides. voci grauitas. efficacia voto. Si ergo illa cuꝫ mater ſit. ſe matrem oblita non audet petere miraculum vini: ego vile mancipiū. cui permagnuꝫ eſt: filij ſimul ac matris eſſe vernaculum: q̄ frōte ꝑſumo ꝓ vita petere q̄triduani. Duo etiã in euangelio ceci. viſum alter accepiſſe. alter recepiſſe leguntur. alter quem amiſerat. alter quem nō habuerat: vnus .ſ. excecatus: alter cecus natus. Sꝫ qui excecatus miſerabilibus miriſqꝫ clamoꝛibus miſericoꝛdiam meruit. qui vero cecus natus tãto miſericoꝛdius quãto mirabiliꝰ. nullis ſuis pꝛecibus pꝛeuentū ſui illuminatoꝛis beneficium nihilominꝰ ſen

fit. Illi deniqȝ dictum eſt: fides tua ſaluū te fecit. Huic aūt nō. Duos quoqȝ recenter mortuos: tertiuȝ iā quatriduanū: lego reſuſcitatos. ſolam tamē archiſinagogi filiā in domo adhuc poſitam precibus pr̄is. Duos autē ex inſperata magnitudine pietatis. Simili etiā forma ſi ꝯtigerit. quod de⁹ auertat: aliquē de fratribus noſtris nō in corpore ſed in anima mori: q̄diu adhuc intra nos erit. pulſabo ⁊ ego meis q̄libuſcūqȝ peccator ꝑ fratre ꝑcib⁹ ſaluatorez. Si reuixerit: lucrati erimus fratrem. Sin vero nō mereamur exaudiri: vbi iaȝ vel tollerare viuos: vel tollerari a viuis non poterit. ſed incipit efferri: ſemper quidem fideliter gemo: ſed iā nō ita fiducialiter oro. Nō aperte audeo dicere: veni domine. ſuſcita mortuum noſtrum corde tamē ſuſpenſo tremulus intus clamare non ceſſo. Si forte: ſi forte: ſi forte deſiderium pauperum exaudiet dn̄s preparationē cordis eoꝝ audiet auris tua. Et illud. Nunquid mortuis facies mirabilia. aut medici ſuſcitabunt: ⁊ confitebunt̄ tibi: Et de q̄triduano. nunquid narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiam tuā: ⁊ veritatem tuā in perditionē: Pōt interim ſaluator: ſi vult inſpate inprouiſe occurrere nobis: lachrymiſqȝ portantiū motus non precib⁹: mortuo vitā reddere: aut certe iā ſepultū reuocare a mortuis. Mortuum aūt dixerim illū: qui ſua peccata defendēs. in octauū iā corruit gradū. A mortuo. n. tanq̄: qui nō ē: ꝑit cōfeſſio. Poſt decimū vero: qui tertius eſt ab octauo. iam effertur in libertatē peccandi: quando expellit̄ a cōſortio monaſterij. At poſtq̄ q̄rtū trāſierit: iam recte q̄triduanus dicitur: dum in quintū decidens ꝑ conſuetudinem ſepelitur. Abſit autem a nobis: ut etiam ꝓ talibus et ſi palaȝ nō preſumimus. vel in cordibus nr̄is orare ceſſemus: cū paul⁹ eos quoqȝ lugeret: quos ſine penitentia mortuos ſciret. Et ſi eni a cōibus orōnibus ipſi ſe excludūt: ſed ab effectib⁹ oīno non poſſunt. Viderint tamen in quāto periculo ſint. pro quibus eccleſia palam orare nō audeat: que fideliter etiā ꝓ iudeis: pro hereticis: pro gentilibus orat. Cū. n. in paraſceue oret̄ ꝓ quibuſlibet malis: nulla tamen mentio fit de excommunicatis.

¶ Dicis forte frat̄ godofride me aliud q̄ tu queſiſti: q̄ ipſe promiſi tandem exhibuiſſe: cum pro gradibus humilitatis: ſupbie gradus videar deſcripſiſſe. Ad quod ego. nō potui docere: niſi: quod didici. non putaui cōgruū me deſcribere aſcēſiones. qui plus deſcendere. q̄ aſcēdere noui. Proponat tibi beatus benedictus grad⁹ hūilitatis. quos ipſe pri⁹ ī corde ſuo diſpoſuit. Ego quid ꝓponam. nō habeo niſi ordinem mee deſcenſionis. In quo tn̄ ſi diligenter inſpicitur. via forſitan aſcenſiōis reperit̄. Si enim tibi romam tendenti homo veniens obuiaret. queſitus viā quid meli⁹ q̄ illā. qua venit oſtenderet: Duȝ caſtella. villas. vrbes. fluuios. ac mō

·es.per quos tranſierat nominat. ſuū denuncians iter.tuum tibi p2e nunciat.ita vt eadē loca recognoſcas eundo.que pertranſijt venien do.In hac ſimiliter noſtra deſcen ſione gradus aſcenſo2ios fo2taſſe reperies.quos aſcendendo melius in tuo co2de.q̄ȝ in noſtro codice le ges. Amen.

Diui bernar.abbatis in epiſtolam ſiue tractatuȝ de vita ſolitaria ad fratres de monte dei.

Hariſſimis fratribus ⁊ dñis.H.p2io2i ⁊ ceteris ſabbatū delicatū. Pene impudēter: ⁊ pluſq̄ȝ decebat os meū patet ad vos chariſſimi frēs ī ch2iſto nō poſſuȝ tacere. deus ſcit. Ignoſcite mihi.q2 co2 meū dilatatū eſt. Dilatamini ⁊ vos obſecro ī viſceribus vr̄is.⁊ capite nos. q2 totus veſti ſum in eo.in cuius viſceribus inuicē cupim⁹ vos. Idō ex quo receſſi a vobis vſqȝ nunc q̄lemcūqȝ labo2ē meū quotidianū ſtatui dedicare nō vobis.qui nō indigetis.ſed fratri ſtephano ⁊ ſocijs ei⁹ fratribus iunio2ibus ⁊ nouitijs venientibus ad vos . quo2ū docto2 deus ſoluſ ē.vt hēant.⁊ legāt.ſi fo2 te ibi aliquid inuenerint vtile ſibi ad ſolatiū ſolicitudinis ſue.⁊ ſācti ꝓpoſiti incitamētū. Offero:qđ poſ ſum.bonā volūtateȝ ipſamqȝ a vobis repeto.cum fructibus ſuis: dauid ſaltando placui deo nō ꝓpter pſaltū.ſed ꝓpter affectū. Similit ⁊ mulier.q̄ vnxit pedes dñi. laudata eſt a xp̄o.non q2 vnxit.ſed q2 amauit:⁊ quia:quod habuit:hoc fecit. in eo iuſtificata eſt. Deinde vobis etiā arbitratus ſum dedicandū:ꝙ in conſolationem ſuam ⁊ in adiuto2ium fidei facere me cōpulit.fratrum quo2ūdam plus anxia:q̄ȝ periculoſa neceſſitas:quo2uȝ triſtitia plurimū mihi ſolet facere gaudiū: niſi ꝙ eos ꝯtriſtatos videre nō poſ ſum. Pre magnitudine ꝗppe non ſolum fidei:ſed etiā amo2is exoſuȝ adeo hn̄t:quicquid videretur eſſe ꝯtra fidē:vt ſi vel ad modicum ſeu ex ſpiritu blaſfemie:ſeu ex ipſo ſen ſu carnis fuerint ſuper hoc attentati vel pulſati quaſi ex ſolo auditu vel attactu leſam oīo in ſemetipſis exiſtimēt conſcientie pietatem vel puritatem ⁊ miſerabiliter defleant ſemetipſos quaſi rep2obos circa fi dem. Quibus ⁊ contingit a ſeculi teneb2is ad pu2io2is vite exercitia venientibus:quod cōtingere ſolet repente p2odeuntibus ad lucem a diutinis teneb2is:vt ſicut ī illis lux ipſa:qua cetera videnda ſunt: p2io2 irruens infirmis oculis fit moleſta:ſic et iſti ad p2imum fidei lumen cecutiant:ne inſolitos noue lucis radios poſſunt ſuſtinere. donec ipſo lucis amo2e aſſueſcant. Amē.

¶ Incipit epiſtola ad fratres de monte dei.

Ratribus de monte dei. o2ientale lumen: et antiquum illum in religione egyptium feruo2ē teneb2is occidi⁹ ⁊ gallicāis frigo2ib⁹ īſerētib⁹ vi

te.ſ.ſolitarie exēplar ⁊ celeſtis forma conuerſationis ocurre. ⁊ concurre in gaudio ſancti ſpiritus anima mea: ⁊ viſu cordis i feruore pietatis: ⁊ in omni obſequio deuote voluntatis. Quid enim: epulari ⁊ gaudere in domino oportet: quod xpiane deuotiōis ac religionis ſpeciosiſſima portio: que celos propinquas tangere videbatur: mortua erat: ⁊ reuixit: perierat de mundo: ⁊ inuenta eſt. Auditu auris audiebamus: nec credebamus: legebamus in libris: ⁊ mirabamur de antiqua vite ſolitarie gloria: ⁊ magna in ea gloria dei: cum ſubito inuenimus eā in campis ſilue: in monte dei: in monte pingui. Ubi de ea iā pingueſcūt ſpecioſa deſerti: ⁊ exultatione colles accingunt. Ibi eniʒ iam per vos offert ſe omnibus: ⁊ in vobis ſe demonſtrat: ⁊ ignota hactenus innoteſcit in paucis ſimplicibus ipſo eam vobis ingerentē: qui in paucis ſimplicibus totuʒ olim ſibi munduʒ ſubiecit ipſo mūdo āmirante. Licet enim magna ⁊ diuina plane fuerint miracula: q̄ dominus geſſit in terris. hoc tamē vnum ſuper omnia alia enituit. ⁊ cetera cuncta illuſtrauit. ꝙ ſicut dictum eſt. in paucis ſimplicibus totum mundum ⁊ omnem ſapientie eius altitudinem ſibi ſubiugauit. Quod etiam nunc cepit operari in vobis ita pater. ita. qm̄ ſic beneplacitum eſt ante te. Abſcondiſti enim hec a ſapientibus ⁊ prudentibus huius mūdi. ⁊ reuelaſti ea puulis. Nolite ergo timere puſillus grex ait dominus. ſed omnino confidite. quia cōplacuit deo patri dare vobis regnum: Uidete fratres mei. Uidete vocationeʒ veſtram. Ubi ſapiens inter nos: Ubi ſcriba: Ubi conquiſitor huius ſeculi: Nam etſi ſunt aliqui ſapientes inter vos per ſimplices tamen ſapientes aggregauit. qui reges olim ⁊ phōs mundi huius per piſcatores ſibi ſubiecit. Sinite ergo ſinite ſapientes hui⁹ ſeculi de ſpū hui⁹ mūdi tumētes. alta ſapiētes. ⁊ terrā lingētes ſapienter deſcēdere in infernū. Uos aūt dū foditur petōri fouea. ſicut cepiſtis ſtulti fieri ꝓpt deū. p ſtultū dei. qđ ſapientius ē oib⁹ hoib⁹. xpo duce hūilē apprehēdite diſciplinā aſcēdēdi ī celū. Uřa nāqʒ ſimplicitas iā multos ꝓuocat ad emulationeʒ. Uřa .n. ſufficiētiſſima ⁊ altiſſima paupꝫtas iā multoꝝ ꝯfundit cupiditatē. veſtrū ſecretū. iā eaꝝ reꝝ. q̄ facere tumultū videmur plurib⁹ incutit horrorē. Si qua ḡ ꝯſolatio in xpo. ſi qđ ſolatium charitatis. ſi q̄ ſocietas ſpūs. ſi qua viſcera mīſicordie īplete gaudiū non meū tm̄mō. ſed oiuʒ diligētiū nomē dei. vt ī varietate veſtitus deaurati⁹ de auro ſapiētie dei regine aſiſtētis a dextris ſpōſi veſtro ſtudio veſtra inſtantia ad dei gloriā ⁊ magnā coronā veſtrā. ⁊ gaudiū oiuʒ bonoꝝ hoc ſcē nouitatis inſtauret ornamētū. Nouitatē ꝟo dico ꝓpt linguas necꝙ̄. a quaꝝ ꝯdictione nos deus in abſcōdito faciei ſue abſcōdāt hoium īpioꝝ. Qui cū manifeſtū lumē ve-

ritatis obnubilare nō queūt. de ſo
lo nouitatis noīe cauillant. Vete-
res ipſi. ꝛ in veteri mēte neſciētes
noua meditari vtres veteres non
capiētes vinū nouū. qḋ ſi eis īfun
derēt. rūperent. Sed hec nouitas
nō eſt nouella nouitas. Res. n. eſt
antique religionis pfecte fundate
in xp̄o pietatis. antiqua hereditas
eccleſie dei a tp̄e ꝓphetaꝝ p̄mō
ſtrata. iāq; noue gratie ſole exorto
in iohāne baptiſta inſtaurata. ꝛ in
nouata. ab ipſo dn̄o familiariſſime
celebrata. ab eius diſcipulis ipſo
p̄ſite cōcupita. Cuius tráſſiguratō
nis gloriá cū vidiſſent. qui cum eo
in monte ſcō erant. ꝯtinuo Petr⁹
in eo quidē arreptus ſibi ꝛ neſciēſ
quid diceret. qꝛ viſa dei maieſtate
cōe bonū intra priuatū ſuū viſus
eſt cōcluſiſſe. In eo aūt p̄ntiſſimus
ſibi ꝛ ſcientiſſimus quid diceret. qꝛ
ſuauitate eius guſtata optimū ſibi
iudicauit in hoc ſemper eſſe. vitaꝫ
hāc in ꝯtubernio dei ꝛ ciuiū ſuper
norū. quos cū eo viderat. concupi
uit dicēs. Dn̄e bonuꝫ ē nos hic eē
Si vis faciam⁹ hic tria tabernacu
la. tibi vnum. Moyſi vnuꝫ. ꝛ helie
vnū. In quo. ſi audit⁹ fuiſſet. factu
rus ꝓculdubio erat poſtmodum
alia tria. Sibi vnū. Jacobo vnū. ꝛ
Johāni vnū. Poſt paſſionē vero
dn̄i calēte adhuc ī cordib⁹ fideliū
effuſi ei⁹ ſanguis recēti memoria
ſolitariā hāc vitā eligētib⁹ paup-
tatē ſp̄us ſectantib⁹. ꝛ in ſp̄ualib⁹
exercitijs. ꝛ in ꝯtēplatione pingue
otiū altero in alterū. zelantib⁹ de-
ſerta repleta ſunt. Ex qb⁹ legim⁹.

Paulū. Machariū. Antoniū. Ar-
ſeniū. ꝛ alios q̄plures in ſcē hui⁹
ꝯuerſationis republicam ꝯſulares
viros. egregia noīa in ciuitate dei.
nobiles. ꝛ triumphales titulos ha
bētia de victoria hui⁹ ſeculi. ꝛ p̄n-
cipis hui⁹ mūdi. ꝛ corporis ſui. de
cultu aī. ꝛ dn̄i dei ſui. Sileāt ergo.
q in tenebris ḋ luce iudicātes vos
arguūt nouitatis ex abūdātia ma
le volūtatis. ipſi potius arguendi
vetuſtatis. ꝛ vanitatis. Sed ꝛ lau-
datores. ꝛ detractores ſemꝑ eſtis
habituri. ſicut ꝛ dn̄s. Laudatores
p̄terite. ꝛ bonū. qḋ in vobis amāt.
hoc in eis amate. Detractores diſ
ſimulate. ꝛ ꝓ eis orate. Et obliti. q̄
retro ſunt p̄termiſſis ſcādalis. que
iuxta iter vobis a dextris. ꝛ a ſi-
niſtris poſita ſunt. in an̄riora vr̄a
vos extēdite. Si. n. ad ſingula vo-
lueritis vel laudatoribus rn̄dere:
vel cū detractorib⁹ litigare: tēpus
perditie: cuius in ꝓpoſito ſancto
nō leuis eſt iactura a terris enim
ad celos feſtinantē. qui moratur:
et ſi non detinet: plurimum tamen
nocet. Nolite negligere: nolite tar-
dare: grādis enī vobis reſtat via.
Altiſſima eniꝫ ē ꝓfeſſio veſtra. Ce
los tranſit: par angelis eſt: angeli-
ce ſimilis puritati. Nō enim ſoluꝫ
vouiſtis omnē ſanctitatē: ſed oīs
ſanctitatis perfectionem: ꝛ omnis
conſumationis finem. Non enim
eſt veſtrum circa communia p̄ce
pta languere: neq; hoc ſolum attē
dere: quid p̄cipiat de⁹: ſed quid
velit probantes: que ſit voluntas
dei bona: ꝛ beneplacens: ꝛ pfecta.

Aliorũ eſt enim deo ſeruire. veſtrũ
adherere. aliorum eſt deum credere
ſcire. amare. reuereri. veſtrũ ẽ ſape-
re. intelligere. cognoſcere. ⁊ frui.
Magnũ eſt hoc. arduum eſt hoc.
Sed oĩpotens. ⁊ bonus eſt deus.
qui in vobis eſt pius ꝓmiſſor. fide
lis redditor. ⁊ indefeſſus adiutor.
Qui magno eius amore magna ꝓ
fitentibus. ⁊ in fide ⁊ ſpe gratie
eius maiora virib⁹ ſuis aggrediẽ-
tibus. ⁊ voluntatem. ⁊ deſiderium
ſuggerit in idipſum. ⁊ qui volunta
tis gratiã prerogauit. ſubrogabit
etiã virtutẽ ad prouentum. Cui cũ
fideliter fecerit homo. qđ potuit ca
lũniante calũniatore. ipẽ miſericor
diter pauperi ſuo iudiciũ faciet. et
cauſam. q2 qđ habuit. hoc fecit. Ab-
ſit tamẽ fratres a conſciẽtie veſtre
eſtimatione. a paruitate. ⁊ humili-
tate veſtra. ab ore veſtro omnis al
titudo. q2 altum ſapere mors eſt. ⁊
facile eſt in alto ſe ꝯtuẽtem obſtu-
peſcere. ⁊ de vita periclitari. No-
mẽ aliud veſtre ꝓfeſſioni iponite
aliũ titulũ ordini veſtro inſcribite.
Feras vos potius indomitas. ⁊ i-
caueatas beſtias. que aliter ⁊ cõi
hominũ more domari nõ poterãt.
exiſtimate ⁊ appellate. longe ſupra
vos virtutem eorum ſuſpiciẽtes ⁊ ad
mirantes gloriã. q ambidextri for-
tiſſimi. ſicut ahot ille iudex fortiſſi-
mus iſrael. q vtraq; manu vtebat
pro dextera. Et q̃diu licet deuotiſ-
ſime interuacare amant charitati
ꝯtẽplande veritatis. ⁊ cum neceſſi
tas vocat. vel officiũ trahit. prom
ptiſſime ſe foras mutuant nõ dant
pro veritate adimplende charita-
tis. Caue etiã ſerue dei. ne quoſcũ
q; imitari nõ vis. dãnare videaris
Volo hoc facias ĩ egritudine tua.
q cum ſaniſſimus eſſet. faciebat. q
dicebat. venit ieſus xp̄s peccatores
ſaluos facere. quorum primus ego
ſum. Neq; enim hoc dicebat pau-
lus mentiendi precipitatione. ſed
exiſtimandi affectione. Qui enim ꝑ
fecte examinando ſemetipſum ĩtel
ligit ſuo peccato. nullius peccatum
par eſſe exiſtimat. quod nõ ſicut ſu
um intelligit. Nolo ergo. vt nuſq̃
arbitreris lucere ſolẽ cõem diei. ni
ſi in cella tua. nuſq̃ eſſe ſerenũ niſi
penes te. nuſq̃ operari gratiã dei.
niſi in ꝯſcientia tua. An ſolitario-
rũ deus tantũ: imo ⁊ oĩum. miſe-
retur enim omnium deus. ⁊ nihil
odit eorum que fecit. Malo te co-
gitare. vbiq; eſſe ſerenum niſi ꝑe-
nes te. ⁊ peius de te q̃ de aliquo
exiſtimare. Cum tremore potius. ⁊
timore veſtram ipſorum ſalutem
operamini. Nec quales ſint alij. ſ;
quales ex vobis fiant. quantum in
vobis eſt. cogitate. nõ ſolũmodo.
qui modo ſunt. ſed qui poſt futuri
ſunt. quos in propoſito ſancto eſtis
habituri imitatores. Ex vobis enĩ
ex veſtro exemplo. ⁊ veſtra aucto-
ritate in regione hac pendere ha-
bet tota poſteritas huius veſtri or
dinis ſancti. Vos ĩ eo patres. vos
in eo inſtitutores cum debita imi-
tatõis reuerentia appellabimini a
ſucceſſoribus veſtris. Quicquid a
vobis ſtatutum. quicquid vobis
tenentibus. ⁊ ſeruantibus in con-

ſuetudinē fuerit miſſum. abſq3 ol retractatione a poſteris veſtris te nendu3 erit. ⁊ ſeruandū. nec phas erit aliquid īmutari. ſic eni3 de vo bis erit apud eos. ſicut de incōmu tabilibus legibus ſumme. ⁊ eterne veritatis apd vos eſt. quas ſcruta ri omnibus expedit. ⁊ ſcire. non au tem licet alicui diiudicare. deo au tem gratias. quia nec indignu3 vo bis erit. nec inutile poſteris. ſi pie. ſi fortiter ⁊ vos tenueritis. ⁊ ipſi in vobis imitentur. fideliter. quod in terim tenetis. Et ſi quid adhuc ali ter ſapere oportuerit. ⁊ hoc deus vobis reuelabit. Salua enim per omnia kartuſie debita ſanctitate. ⁊ cum omni laude predicanda re uerentia multa in alpis illis horri dis ⁊ continuis frigoribus neceſſa ria ſunt. que frugalem ſufficientia3 ⁊ voluntariam paupertatem ſectā tibus in his duntaxat regionibus non adeo neceſſaria videntur. In telligitis que dico. dabit enim do minus intellectu3 vobis. Gaudeo enim in vobis. ⁊ licet abſens cor pore. ſed preſens ſpiritu. ⁊ videns ordinem veſtrum. ſed feruorem ſpi ritus. ſed abundantiam pacis. ſed gratiam ſimplicitatis in propoſito rigore. in dilectione mutua ipſam ſancti ſpiritus ſuauitatem. ⁊ plenā omnino in conuerſatione veſtra for mam pietatis. In recordatiōe mō tis dei totus exulto. ⁊ primitias ſan cti ſpiritus. ⁊ pignus gratie in ſpe creſcentis in eo religionis deuot[9] adoro. Nam ⁊ ipſum montis dei nomen bone ſpei prefert omen. ſ.

q ſicut pſalmiſta dicit de monte dei. habitatura ſit in eo generatio querentium dominum. querentiu3 faciem dei iacob. Innocens ma. ⁊ mum. cor. qui non acce. in va. ani mam ſuam. Ipſa eſt enim profeſſio veſtra querere deū iacob. nō com muni omniu3 more. ſed querere fa ciē dei. quā vidit iacob. qui dixit. Vidi dominū facie ad faciē. ⁊ ſal ua facta eſt aīa mea. Faciem dei. hoc eſt cognitionē dei querere fa ciē. quā vidit iacob. de qua etiam dixit apoſtolus. Tūc cognoſcā: ſi cut ⁊ cognitus ſum: ⁊ nūc videm[9] per ſpeculū in enigmate: tunc aūt facie ad faciem videbimus. i. ſicuti eſt: hanc in hac vita ſemper quere re p innocentia3 manuū ⁊ mundi ciam cordis ipſa docet pietas que ſicut dicit Iob cultus dei eſt: qua3 qui nō habet in vano accepit ani ma3 ſuam: hoc eſt fruſtra: viuit: vel omnino nō viuit: du3 non viuit ex ea vita propter quam: vt in ea vi ueret: accepit animam ſuam. Pie tas enim hec eſt iugis dei memo ria: continua intentionis actio ad intelligentiam eius: indefeſſa affe ctio in amorē eius: vt nulla inquā inueniat ſeruum dei: nō dicā dies: ſed hora: niſi vel in exercitij labo re: ⁊ proficiendi ſtudio: vel in expe rientie dulcedine ⁊ fruendi gau dio. Hec eſt pietas: de qua apoſto lus dilectum ſibi diſcipulum āmo net dicens. Exerce temetipſum ad pietatem. Nam corporalis exer citatio ad modicu3 vtilis eſt. Pie tas vero ad omne opus bonū eſt

vtilis:habens ꝑmiſſionẽ vite.que
nunc eſt ⁊ future: Pietatis.n.non
ſolummodo formam ſed ⁊ verita-
tem in omnibus ⁊ ꝓ omnibus ha-
bitus veſter repromittit:propoſitũ
veſtrum requirit. Nam ſicut apo-
ſtolus dicit. Sunt aliqui formã q-
dem pietatis habentes:virtutẽ au
tem eius abnegantes. Hanc qui-
cunq; veſtrum nõ habet in conſciẽ
tia:non exhibet in vita: nõ exercet
in cella non ſolitarius:ſed ſolus di
cendus eſt. Nec cella ei cella. ſed
carcer ⁊ recluſio eſt. Vere enim ſo-
lus eſt:cũ quo deus non eſt: vere
recluſus eſt qui in deo liber nõ eſt.
Solitudo.n.⁊ recluſio ſũt nomina
miſerie. Cella aũt nequaq̄ d; eẽ re
cluſio neceſſitatis.ſed domicilium
pacis:hoſtiũ clauſum.non latebre
ſed ſecretum. Cum quo enim deus
eſt.nunq̄ minus ſolus eſt.q̄ cũ ſo-
lus eſt. Tunc enĩ libere fruiẽ gau-
dio ſuo.tunc ipſe ſuus eſt ſibi ad
fruendũ deo in ſe.⁊ ſe in deo. Tũc
in luce veritatis.in ſereno mundi
cordis vltro patet ſibi pura ꝯſcien
tia.⁊ libere ſe infundit affecta de
deo memoria.⁊ illuminatur intelle
ctus.⁊ bono ſuo fruitur affectus:
vel ſeipſum deflet humane fragili-
tatis defectus. Propter hoc ſcđm
formã ꝓpoſiti veſtri habitãtes in
celis potiꝰ q̄ in cellis excluſo a vo
bis toto ſeculo: totos vos incluſi-
ſtis cum deo. Celle ſiquidem ⁊ celi
habitatõ cognate ſũt: quia ſicut ce
lum ⁊ cella ad inuicem videnẽ ali-
quam habere cognationem nois
[illegible]tis. A celando enim celũ

⁊ cella nomen habere videnẽ. Et
quod celatur in celis hoc ⁊ in cel-
lis:⁊ qđ geritur in celis: hoc ⁊ in
cellis. Quid nã eſt:hoc vacare deo
⁊ frui deo. Quod cum ſm ordinẽ
pie ⁊ fideliter agitur vel celebraẽ ĩ
cellis.audeo dicere. Sancti angeli
dei cellas habent pro celis:⁊ eque
delectatur in cellis ac in celis. Nã
cum in cella iugiter celeſtia actitã-
tur.celum celle ⁊ ſacramenti ſimili
tudine.⁊ pietatis affectu.⁊ ſimilis
operis effectu ꝓximum efficiẽ nec
iam ſpiritui oranti.vel etiam a cor
pore exeunti a cella in celum lõga
vel difficilis via inuenitur. A cella
enim ſepe in celum aſcenditur. vix
autem vnq̄ a cella in infernum de
ſcenditur:niſi ſicut dicit pſalmiſta.
Deſcendant in infernũ viuẽtes.ne
deſcendant morientes. Hoc enim
modo ſepe cellarũ incole in ĩfernũ
deſcendunt.ſicut enim aſſidue con
templando reuiſere amãt gaudia
celeſtia.vt ardentis ea appetãt.ſic
⁊ dolores inferni.vt horreant.⁊ re-
fugiant. Et hoc eſt ꝙ imprecantur
inimicis ſuis orando.vt deſcẽdãt ĩ
infernum viuentes. Moriens aũt
vix aut nunq̄ aliquis a cella in in
fernum deſcendit.quia vix aliquis
niſi in celo predeſtinatus in ea vſ-
q; ad mortem pſiſtit. Filiu; gratie
igitur fructum ventris ſui cella fo-
uet.nutrit.amplectitur ⁊ ad pleni
tudinẽ perfectionis perducit.⁊ col
loquio dei dignum efficit:alienum
vero vel ſuppoſitum abdicat a ſe
citius.⁊ proicit. Unde ait dominꝰ
ad moyſem. Solue calciamẽta pe-

dum tuorum. Locus enim in quo ſtas: terra ſancta eſt. Morticinum enim mortuaꝝ affectionū vel hominē mortuū a corde locus ſanctꝰ vel terra ſancta diu non patit̄. Cella terra ſancta: ⁊ locus ſanctus eſt in qua dn̄s: ⁊ ſeruus eius ſepe colloquuntur: ſicut vir ad amicū ſuū. In qua crebro fidelis anima ꝟbo dei coniungitur: ſponſa ſponſo sociatur: terrenis celeſtia humanis diuina iungūtur: vel vniunt̄. Si quidem ſicut templū ſanctū dei: ſic cella eſt ſerui dei. Et in templo enim ⁊ in cella diuina tractantur: ſed crebrius in cella in templo viſibilit̄ ⁊ figuratiue: aliquādo xp̄iane pietatis ſacramēta celebrant̄ ⁊ diſpēſantur. In cellis vero ſicut in celis ipſa veritate: ipſo ordine. et ſi nōdum ipſa puritatis maieſtate: vel eternitatꝫ ſecuritate: res ꝓpria oīu ſacramētoꝝ fidei noſtre aſſidue celebratur. Id̄ ſic dictū ē alienū: qui nō eſt filius citius a ſe ꝓicit: quaſi abortiuū a ſe euomit: tanq̄ inutilē ac noxiū cibum. Nec diu talem pati poteſt in viſceribus ſuis officina pietatis: venitq̄ꝫ pes ſuperbie: ⁊ aſportat eum: manus peccatoris: et mouet eū: ⁊ expulſus nō poteſt ſtare. ſꝫ fugit miſer: ⁊ nudus: ⁊ tremebundus: ſicut Caym a facie domini expoſitus vitijs: ⁊ demonibꝰ. vt qui prior inuenerit eum morte euꝫ afficiat ⁊ occidat: vel ſi aliquādiu durauerit in ea nō virtutis conſtātia ſed pertinaci miſeria: ſic ei cella eſt: quaſi carcer: aut ſicut vincti ſepultura. Peſtilēte vero flagellato ſapiens ſapientior erit. ⁊ lauabit iuſtus manꝰ ſuas in ſanguine peccatoris. Sicut ergo dicit ꝓpheta: ſi ꝯuerteris iſrael ad me: ꝯuertere: hoc eſt perfecte ꝯuerſionis culmen apprehende. Nulli enim in eodem ſtatu diu eſſe ꝯcedit̄: ſeruo dei aut ſemper ꝓficiendū: aut deficienduꝫ eſt: aut ſurſum nititur: aut in inferiora vrgetur. Ab oībus autē vobis perfectio exigitur: licet non vniformis: ſed ſi incipis: incipe perfecte. Si iam in profectu es: ⁊ hoc ipſuꝫ iam perfecte age. Si autem ꝑfectionis aliquid attigiſti: temetipſum in temetipſo metire: ⁊ dic cum apoſtolo. Non q̄ iam apprehenderim aut perfectus ſim ſequor aūt: ſi forte comprehendā: in quo ⁊ comprehenſus ſum: vnum autem: que quidem retro ſunt oblitus: ad ea que ſunt priora extendens meipſuꝫ ad deſtinatum proſequor brauium ſuperne vocationis in xp̄o ieſu dn̄o noſtro. Deinde addit. Quot quot ꝑfecti ſumus: hoc ſapiamus: ī quo manifeſte apoſtolo docente declaratur: q꜡ ꝑfecta eoꝝ: que retro ſunt obliuio. ⁊ perfecta in anteriora extenſio: ipſa eſt hominis iuſti in hac vita perfectio: ⁊ perfectio huius ꝑfectionis ibi erit: vbi erit brauij ſuperne vocationis perfecta apprehenſio. Hoc autem modo ſicut ſtella a ſtella differt in claritate: ſic cella a cella in ꝯuerſatiōe. ſ. incipiētiū proficientium: ⁊ perfectorum. Incipientium ſtatus poteſt dici animalis: proficientium rōnalis: ꝑfectorū ſp̄ualis. Ignoſcēdū eſt in aliq̄bus

aliquando eis: qui adhuc ſunt aīa les in quibus ignoſci nō debet eis q habent quaſi rōnales. Rurſūq3 rōnalibus in quibuſdam ignoſcit: in quibus non ignoſcit ſpūalibus Quoꝝ perfecta oīa eſſe debent: et imitatione ⁊ laude potius q̄ repꝛehenſione digna. Et cū ex his trib⁹ hoīum generibus ꝯſtet omnis ſtatus religionis: que ſicut ꝓpꝛijs nominibus diſtinguūtur: ſic etiam dignoſcuntur ex ſuoꝝ ꝓpꝛietate ſtudiorum. Debent oēs filij dei in die quidē ſemꝑ diligenter pꝛoſpicere: quid deſit ſibi: vnde peruenerint: quouſq3 ꝑuenerint: ⁊ in quo pꝛoficiendi ſtatu ſingulis dieb⁹ vel horis ſua ſe extimatio depꝛehendat. Sunt etenim animales: qui per ſe nec rōne aguntur: nec trahunt affectu: ⁊ tamen vel auctoꝛitate permoti: vel docrina cōmoniti: vel exē plo ꝓuocati appꝛobant bonū: vbi inueniunt: ⁊ quaſi ceci ad manum trahuntur: vel tracti ſequunt: hoc eſt. imitantur. Sunt rōnales. qui ꝑ rationis iudiciū ⁊ naturalis ſcientie diſcretionem: habent ⁊ cognitionem boni. ⁊ appetitum: ſed nōdū affectū. Sunt perfecti. qui ſpiritu agunt qui a ſancto ſpiritu plenius illuminantur. Et hij: quoniā ſapit eis bonū: cuius affectu trahuntur ideo ſapientes vocant. Quia vero eos induit ſpirituſſanctus: cui⁹ affectu trahuntur: ſicut indumentu3 ſpirituales appellantur. Pꝛimus ſtatus circa coꝛpus ſe h3. Secundus circa animum ſe exercet. Tertius nō niſi in deo reqieſcit. Quoꝝ ſinguli ſicut habent certā ꝓficiendi rōnem: ſic in genere ſuo certam habent perfectionis ſue menſurā. Initium boni in conuerſatiōe animalis ꝑfecta obedientia eſt. Pꝛofectus ſubijcere coꝛpus ſuū: ⁊ in ſ'ui tute3 redigere. Pꝛofectio vſus boni conſuetudinem vertiſſe in delectationem. Initiū vero rōnalis eſt intelligere: q̄ in doctrina fidei apponūtur ei. Pꝛofectiuſ talia pꝛeparare: qualia apponunt. ꝑfectio vero cum in affectū mentis tranſit iudiciū rōnis. Perfectio vero rōnalis initiū eſt ſpiritualis. Pꝛofectuſ reuelata facie ſpeculari gloriā dei. Perfectio vero tranſfoꝛmari i eandem imaginem a claritate in claritatem tanq̄ a domini ſpū. Pꝛimū igitur ꝓſequendum de pꝛimo. ſ. de animali. Animalitas eſt vite mot⁹ ſenſibus coꝛpoꝛis ſeruiēs. ſ. cū aīa quaſi extra ſe per ſenſus coꝛpoꝛis circa dilectoꝛum delectationes coꝛpoꝛum affecta eoꝝ fruitione paſcit vel nutrit ſenſualitatē ſuā. Sed cū intra ſe regrediens: ⁊ coꝛpoꝛa qb⁹ foꝛti glutino amoꝛis: ⁊ conſuetudinis adheſit: in locū in coꝛpoꝛee nature ſecū ferre nō pꝛeualens eoꝛū: illuc ſecum contrahit imagines: ⁊ amicabiliter ibi cum eis verſatur. Quibus aſſuefacta: cū nil putat eē niſi vel quale foꝛis reliquit: vel q̄le intus ꝯtraxit: q̄diu licet iocundū habet ſ'm delectationes coꝛpis viuere: Cum autē ab eis auertit: neſcit niſi coꝛpoꝛea imaginando cogitare. Cum vero ad cogitāda ſpiritualia vel diuina ſe erigit: nō ali

nd de eis ꝙ̃ de corporibus vel de corporalibus pōt cogitare:vel exiſtimare. Hec auerſa a deo fit ſtulticia:cū nimiū intra ſemetipſam fuerit remiſſa:ꝛ tam bruta:vt regi vel nolit:vel non poſſit. Cū vero ipſa ſibi per ſuperbiā extra ſe nimium fuerit arrepta fit prudentia carnis ꝛ ipſa ſibi ſapientia eſſe videt̄:cum ſtulticia ſit dicente apoſtolo. Dicētes ſe eſſe ſapientes.ſtulti facti ſūt. Porro ad deū conuerſa fit ſancta ſimplicitas:hoc eſt.eadē circa idez voluntas:ſicut fuit iob vir ſimplex ꝛ rectus:ac timens deum. Proprie enim eſt ſimplicitas pfecta ad deū ꝯuerſa voluntas:vnā petēs a dn̄o hanc requirens:non ambiens multiplicari ī ſeculo.vel eſt ſimplicitas in ꝯuerſione vera humilitas.ſ.virtutis magis ꝯſcientiā amplectens ꝙ̃ famaz ꝛ cū n̄ refugit vir ſimplex videri ſtultus ī ſeculo vt ſit ſapiēs in deo. Vel ſimplicitas eſt ſola ad deum ꝯuerſa voluntas.ſed nōduz rōne formata:vt amor ſit.i.formata voluntas nōdū illuminata: vt ſit charitas:hoc eſt amoris iocūditas. Simplicitas aūt initiū aliqd ī ſeipſa habens creature dei:hoc eſt voluntatē ſimplicē:ꝛ bonā: quaſi boni hois informē materiā in primordio ꝯuerſiōis ſue offert auctori ſuo eam formandā:iam.n.cū bona voluntare habens initiū ſapientie.i.timorez dei ex ipſo colligit:nec per ſe eā formari poſſe:nec quicꝙ̃ tam expedire ſtulto ꝙ̃ ſuire ſapiēti. Itaqz homini ſe ꝑꝑ deū ſubijciens:ipſam ei bonā voluntatē committit in deo formandā:in ſenſu:et ſpiritus humilitate:iā timore dei ī cipiente operari omnem virtutum plenitudinem: dum per iuſticiam defert maiori per prudentiam non credit ſe ſibi:per temperantiam refugit diſcernere: per fortitudinem totum ſe obedientie ſubijcit: non diſcernende ſed amplectende ꝛ ad implende. Hec enim vxor eſt cui a domino precipitur:ꝛ ad virum tuum erit conuerſio tua:vir eius ratio eſt vel ſpiritus eius vel alteri⁹. Huic enim vero recte obedit vir ſimplex ꝛ rectus in ſemetipſo. Rectius autem ac tutius in altero ſepe:ꝙ̃ in ſemetipſo. Ex precepto ergo dei:ꝛ ipſo ordine nature habere debet vxor ad virum: animalitas ad ſpiritum:vel ſpiritualem virum aliquam conuerſationem legitimam:hoc eſt obedientiam perfectam. Perfecta vero obedientia eſt maxime in incipiente indiſcreta hoc eſt non diſcernere:qd vel qualiter precipiatur:ſed ad hoc tantuz nitī:vt fidelit̄ ꝛ humilit̄ fiat: quod a maiore precipitur. Lignum enim ſcientie boni ꝛ mali in paradiſo cēſura diſcretionis eſt in conuerſatione religionis penes patrem ſpiritualem: qui iudicat omnia: ipſe vero a nemine iudicatur. Ipſius eſt diſcernere:aliorum eſt obedire. Adā guſtauit ī malū ſuū de ligno vetito:edoct⁹ ab eo: q ſuggerēdo ait. Quare p̄cepit vob deus:vt de ligno n̄ comederiꝫ.ecce diſcretō cū

ꝓceptū ſit. Et addidit ſciebat eniꝫ q꞉ qua die comederitis: aperiētur oculi veſtri: ⁊ eritis ſicut dij. Ecce qd preceptū ſit.ſ.ꝙ deos fieri non ſinat. Diſcernit. Comedit: inobediēs factus eſt: ⁊ de paradiſo ꝓiectus eſt. ſic ⁊ animalē diſcretū. nouitiū prudentē. incipiētē ſapientē in cella diu poſſe cōſiſtere. in cōgregatiōe durare īpoſſibile ē. Stult⁹ ſiat. vt ſit ſapiēs. ⁊ hec oīs ſit eius diſcretio. vt ī hoc nulla ſit ei diſcretio. Hec oīs ſapiētia eius ſit vt in hac pte nulla ſit eius ſapiētia. In eo vero. in quo ſe ſibi aīalitas ratioqꝫ cōterminās. in natura aīe humane relictus eſt a creatore bono Intellect⁹. ⁊ ingenium. in ingenio ars. in quo cōſtituit de⁹ hoiem ſuper opa manū ſuarū ⁊ oīa ſecularia iſta ſubiecit ſub pedibus eius. Aiali ſupbo inteſtimoniū naturalis dignitatꝫ ⁊ ſimilitudīs dei amiſſe. Simplici vero ⁊ hūili in auxiliū recupande dignitatis. ⁊ cōſeruande ſimilitudinis. In hoc ꝙ notum eſt dei manifeſtū ē in illis. In hoc eſtimatur de creatura creator. In hoc cognoſcit̄ iuſtitia dei. ⁊ q꞉ qui bene agūt. digni ſunt vita. q vero aliter. digni ſūt morte. In hoc creatura. que ſpōte bono ſeruit. ad naturā ſubicit̄. ⁊ adaptatur. vt ſuiat ad eā q̄ ex peccato ē neceſſitatē et ad vtilitatem. Hinc quot ⁊ quāta vite huic neceſſaria. ⁊ bonis ⁊ malis vtilia ⁊ in genere ſuo pulcherrima ⁊ a bonis ⁊ a malis hoibus facta ſunt. ⁊ ſiant omnibus manifeſtum eſt. Hinc enim in litteris vel artificijs. vel edificijs ꝑ innumerabiliter multiplices hominū adinuētiones tot proceſſerūt modi ſtudioꝝ. tot genera ꝓfeſſionū. ſubtilitates exquiſite ſciētie. arteſ eloquētie. dignitatū. officioꝛūqꝫ varietates. ⁊ innumerabiles congſitiones hui⁹ mundi. qbus homines illi. q dicunt̄ ſapientes huius mūdi. cuꝫ eis. q ſunt. ſimplices. ⁊ filij dei. pariter vtunt̄ ad neceſſitatē. ⁊ ad vtilitatē. ſed illi abutunt̄ eis ad curioſitatem. ⁊ voluptatē. ⁊ ſupbiā. Hij aūt vtunt̄ eis ꝓpter neceſſitatem alibi habētes ſuā ſuauitatē. Ideo illos ſeruos ſenſuuꝫ ſuoꝝ ⁊ corporū ſuorum ſequunt̄ fructus carnis ſue. qui ſunt fornicatio. īmunditia ſupbia. luxuria. inimicitie. contētiones. emulationes. ire. rixe. diſcēſiones. inuidie. cōmeſſatiōes. ebrietates. ⁊ his ſimilia. que qcunqꝫ agūt regnū dei nō conſequent̄. Hos autē fructus ſpiritus. qui ſunt charitas. gaudiū. pax. paciētia. benignitas. longanimitas. bonitas. māſuetudo. fides. modeſtia. continentia. caſtitas. ⁊ pietas promiſſionē hūs vite. que nunc eſt. ⁊ future. Hi vtiqꝫ quādiu ſimul ſunt ī actu. homines vident ſimiles actiones. deus aūt voluntates diſcernit: ⁊ intētiones. Cuꝫ vero vnuſquiſqꝫ redit in ſua. Vnūquēqꝫ ex fructibus intentionis ſue paſcit cōſciētia ſua. nec tū abutroqꝫ eque ad cōſciam reditur. q꞉ nemo ad eam redire amat poſt actionē. niſi qui recta intētione agendo ab ea proſiſcit̄. Qui tū rediens ad conſcientiā ſuaꝫ. ſi nō

dum vicit concupiſcentiā ſuam. inuenit ibi de ipſa cōcupiſcentia ſua vel ſuaues delectationes. vel graues corroſiōes. ⁊ inde multiplicat cogitationes. Qui vero iā cōcupiſcentiā vicit. quādiu tamē veri boni maior cōcupiſcētia. vel maior delectatio mentē eius nō obtinuerit cū eroſa quadā voluntate geſtorū viſorū. vel auditorū patiť imaginatiōes. vn̄ ī vtroqꝫ lūbi īplētur illuſiōib⁹ delectationū. ⁊ ad cogitāda diuina. vel ſp̄ualia lumen ſuorum oculorum non eſt ſecum. qui cum pugnat cōtra concupiſcentias. patitur moleſtias. quia vicere adhuc non preualet ad perfectuꝫ affectiones. Qui vero iam ad libertatem aſpirat. excutere a ſe non poteſt affectionū imaginationes: ⁊ noxias. vel occupatorias. vel otioſas. que exinde paſſim oriuntur. cogitationes. Hinc in tēpore pſalmodie. vel orationis. ceterorūqꝫ exercitiorūꝫ ſpiritualiū in corde ſerui dei etiam nolētis. ⁊ reluctantis imaginationes voluuntur. ⁊ fantaſmata cogitationum verſantur. a quibus velut ab auibus īmundis inſidentibus. vel circūuolantibus ſacrificiū deuotionis vel omnino rapitur de manu tenentis. vel ſepe polluitur vſqꝫ ad lachrymas offerētiſ. Fitqꝫ miſerabilis. ⁊ iniqua miſere anime diuiſio ſpiritu. ⁊ ratione voluntatē cordis. ⁊ intentionem. ⁊ corporis ſibi promptū obſequium defendente. animali vero improbitate. ſibi affectum preripiente. ⁊ intellectū. mente ſepius ſine fructu remanente. Hinc in animis infirmioribus ⁊ in quibus ꝯcupiſcentie carnis: et ſeculi necduꝫ perfecte mortificate ſunt: vitia paſſim curioſitatis ebulliunt. Hinc ſolitudinis ⁊ ſilentij q̄runtur inordinate: ⁊ ꝓpoſito inimice ꝯſolationes: in via regia cōium inſtōnum furtiua proprie voluntatis diuerticula: ſolitorū faſtidiū. preſumptio nouitatū: que quidē egri animi pruritū: ⁊ tedium quaſi confricando. videntur ad horam leuire: ſed calefaciunt: ⁊ accedunt: ⁊ vt poſtea nequius ferueat: ⁊ amplius pruriat: efficiunt. Hinc quotidie fiunt noue occupationes: noue actionum: ⁊ laborū adinuentiones: lectiones diuerſe non ad edificāduꝫ aīum: ſed ad fallendum tardantis diei tedium. Et cum dānauerit ſolitarius omnia vetera: omnia ſolita: ⁊ defecerint noua: nō reſtat niſi odium celle: ⁊ fuga matura. Propter ꝙ pia ſimplicitas: ⁊ in profeſſione religionis ⁊ ſollitudinis noui hominis qui nō habet vel rōnem ducentem vel affectum trahenteꝫ vel diſcretionem moderantē. ſꝫ vi quadam vtitur in ſemetipſo tanꝙ a figulo figmentū: lege quadā mādatoruꝫ q̄ſi manibus alienis faciēda eſt. ⁊ formanda in omni patientia: in rota volubilis obedientie: ⁊ in igne probationis ſue pſalmatoris ⁊ formatoris ſui voluntati: ⁊ arbitrio ſubdenda. Nam etſi calet īgenio ſi viget arte: ſi preeminet itellectu: inſtrūa ſunt hec tam viciorūꝫ ꝙ virtutum. Nō ergo refugiat doceri: vti eo in bono: quo ⁊ in malo

vti pōt· ꝙ propꝛium virtutis opus
eſt. Ingeniuꝫ coꝛpus adaptet. ars
naturam infoꝛmet: ⁊ intellectus nō
elatum faciat animum: ſed docibi-
lem. Ingenium: quippe: ars ⁊ intel
lectus: ⁊ alia huiuſmodi gratuito
habentur: aliter virtus. Virtus enī
vult doceri cum humilitate. queri
cum laboꝛe. haberi amoꝛe. Naꝫ cū
omnibꝰ his digna ſit: nec aliter vel
doceri: vel queri. vel haberi poteſt.
Pꝛimum quidem docendus eſt ru
dis incola heremi. Secunduꝫ apo
ſtolicam pauli inſtitutionem. vt er-
hibeat coꝛpus ſuum hoſtiam viuē
tem: ſanctam: deo pla. ratio. obſeq.
ſuum. Qui etiam compeſcens i no
uitio feruoꝛem animalis hominis:
qui nōdū percipit: ea que dei ſunt
circa ſpiritualia: ac diuina: ꝓperam
⁊ curioſam. inquiſitionem ſubiūrit
dicēs. Dico enī per grām dei: que
data eſt mihi: oībus: qui ſunt inter
vos: nō plus ſape: ꝙ̄ opoꝛtet ſape
re: ſed ſape. ad ſobꝛietatē. Quia. n.
omnis vel pcipue animalis hois i
ſtitutio circa coꝛpus eſt: ⁊ circa er-
terioꝛioꝛum cōpoſitionē. docēdus
rationabiliter moꝛtificare coꝛpus
ſuum: ⁊ membra ſua: que ſunt ſup
terram: ⁊ inter carnē: ac ſpūm q̄ in-
uicē iugiter aduerſum ſe concupi-
ſcunt: iuſtū ratiōis: ac diſcretionis
iudiciū habere: nec alicuius eoꝛuꝫ
in iuditio accipere: pſonaꝫ. Docen
dus eſt ſic habere coꝛpus ſuū: ſicut
egrū cōmendatū: cui vel multū vo
lenti. inutilia ſunt neganda. vtilia
vero et nolēti ingerēda. Sic de co
agere ſicut de nō ſuo: ſed eiꝰ: a quo
ꝑtio magno empti ſumus. vt gloꝛi-
ficemus cū in coꝛpoꝛe noſtro. Rur
ſumqꝫ docendus eſt cauere: ꝙ pec
catoꝛi populo dn̄s per ꝓphetā im
pꝛoperat. Pꝛoieciſtis me inquiens
poſt tergū veſtrū. Multūqꝫ cauen
dū eſſe: ne pꝛo neceſſarijs huius vi
te. vel cōmodis ad opoſiti rectitu-
dine: vel dignitate nature in amo-
rē: vel honoꝛē coꝛpoꝛis ſui ſinat in
aliquo degenerare ſpūm ſuuꝫ. Idō-
qꝫ durius tractandum eſt coꝛpus:
ne rebellet: ne iſoleſcat: ſic tñ: vt ſer
uire ſufficiat: qꝛ ad ſeruiendū ſpūi
datū eſt. Nec ſic habendū ē: tanꝙ̄
ꝓpter illud viuamꝰ: ſed tanꝙ̄ ſine
quo viuere nō poſſumus. Fedus.
enim qđ habemꝰ cū coꝛpoꝛe: non:
q̄ñcunqꝫ volumus: poſſumus abꝛū
pere. ſꝫ legitimā eius reſolutionem
patiēter nos expectare oppoꝛtet. ⁊
interim. q̄ legitimi federis ſūt: obſer
uare. Sic ergo nobis eſt cū eo cōui
uendum. vel cōueniendū. quaſi nō
diu nobis ſit cū eo cōmoꝛādū. ſic-
qꝫ. vt ſi aliter euenerit. non vrgea-
mus ad exeundū. In quo multum
⁊ ſcrupuloſe laboꝛandum: ⁊ pericu
loſe ſepe fuerat errandum. niſi ler
obedientie. ⁊ celle plenam commu
nis inſtitutionis foꝛmam tradens
ingredienti de victu. ⁊ veſtitu. de
laboꝛe. ⁊ quiete. de ſilentio. ⁊. ſolitu
dine. ⁊ omnibus. que ad exterioꝛis
homini cultum. vel neceſſitatem
ſpectant. fratrem obedientem. ⁊ pa
tientem: ⁊ quietum in reliquuꝫ cau
tum redderet. ⁊ ſecuruꝫ. In quibꝰ

ſic ſemel circumciſa ſunt omnia.⁊ p̄
ciſa ſuperflua.ſic intra congrue ſuf
ficientie terminos.⁊ generalis con
tinētie limites circūſcripta ſunt om
nia neceſſaria.vt ſit.ꝙ fortes cupi/
ant.⁊ infirmi non refugiāt.nec vlte
rius quātitas.cōceſſoꝝ ledere poſ/
ſit in aliquo vtentium cum grāruꝫ
actiōe cōſciam.nec q̄ ſunt amputa
ta tētare debeant aliquaten⁹ ī ſer/
uo dei corporis bene morigerati. ⁊
recte educati ſufficientiam.In qui
bus ſicut ſalomō dicit.Qui ambu/
lat ſimpliciter.ambulat confident.
qui vero mētiſ ē dure.corruet ī ma
lum.Licet enī neceſſitas ſic ſit ordi
nata.vt nec q̄rele ſit locus vllus.et
oīs ſit ſupfluitas amputata.Si qd
tñ vel publice vel priuatim adden
dum eſt vel minuendū.hoc in prio
ris ē arbitrio abſq; omni ſcrupulo
obedientium ſubditoꝝ.vel piculo:
Inſtituēdus ē ergo nouus heremi
ta ad cōis inſtitutiōis normā con/
cupiſcētias carnis ſue penitentia
cōtinua domare.⁊ ad cōtēnēda ce
tera ad ſui ipſius cōtēptuꝫ venire.
Premuniendus eſt aſſidue cōtra
tētationes acrius in ſolitarium no
uitiū deſeuientes.cum ſeruum dei
gratis deo ſeruientē non ceſſent ſo
licitare vitia mercedē oblate dele/
ctationis diabolo ſuggerente. car/
ne concupiſcente.ſeculo cōcupiſcē/
da ingerente.Tētat.n.nos dñs de
us nr̄.vt ſcias ſi diligamus euꝫ. an
non.nō vt ipſe quaſi neſciēs agno/
ſcas.ſed vt plenius.⁊ in ipſa nobis
tētatione innoteſcat. Sed ille ten/
tatiōes facile vincunt.⁊ facile a ra
tione eis occurritur.que vel ſuſpe/
cte ſunt:vel prima facie male eē in
noteſcūt.Que vero ſub ſpecie boni
ſe ingerunt.⁊ difficili⁹ diſcernunt.
⁊ periculoſi⁹ admittunt. Sicut.n.
difficillime teneat moduſ in eo.qđ
bene eſſe creditur.ita nō ſemper tu
tus eſt omnis boni appetitus.Om
nium aut tentationum.⁊ cogitatio
num malarum.⁊ inutilium ſentina
otium eſt.Summa etenim mentis
malitia eſt ociū iners.Nunꝗ̄ ocio
ſus ſit ſeruus dei.quamuis ad deo
feriatus ſit.Nomen q̄ppe tam ſuſ/
pectum.⁊ vanum.⁊ molle rei tam
certe.tam ſancte.tam ſecure impo/
nendum non eſt.Ociosū non eſt
vacare deo.immo negotiorum ne/
gocium. Hoc eſt quid quicunq; ī
cella non agit fideliter.⁊ feruēter.
quodcunq; agat.ꝙ ꝑpter hoc nō
agit.ſ.vt deo ſeruiat in eo qđ agit
otiatur. Ubi pro vitādo otio otio/
ſa ſectari ridiculū eſt.Otioſuꝫ aūt
eſt.ꝙ nullā hꝫ vtilitatem.vel vtili/
tatis intentionem.Non auteꝫ hoc
tm̄mō agendum eſt. Ut cū aliq̄ de
lectatiōe vel ſine grādi nauſea otij
dies tranſigat.ſꝫ vt ēt de pacta die
ta ad profectum mentis ſemper ali
quid in conſcientia reſideat. aliqđ
quotidie in theſaurum cordis con
geratur.Nec ea die bonus cellita
ſe vixiſſe dꝫ exiſtimare. in q̄ nil co
rū ſe egiſſe recolit.pp̄ q̄ in cella vi
uit.Queriſ qd agaſ.vel ī quo te oc
cupeſ:ꝑmū extra quotidianū oīo/
nū ſacrificiū.vel lectōiſ ſtudiū quo

tidie cõſcientie diſcuſſioni: emẽdationi: moꝝ compoſitioni ps ſua di ei neganda nõ eſt. deinde opandũ eſt aliqd manib⁹: quod iniungitur nõ tá qȝ animũ delectádo ad horaȝ detineat: q̃ȝ quod ſpiritualibus ſtudijs delectationẽ ꝯſeruet. ⁊ nutriat: in quo remittat̃ ad horá animus: nõ reſoluat̃: vnde ſe facile mox vt ſibi ad ſe ipſuȝ redeũdũ eẽ viſuȝ fuerit. expediat ſine cõtrouerſia inhibẽtis volũtatis: abſqȝ contagio cõtracte delectationis: vel memorie imaginantis. Non enim vir ꝓpter mulierem: ſed mulier ꝓpter virum. Nõ ſpiritualia exercitia ſunt ꝓpter corporalia: ſed corporalia ꝓpter ſpũalia. Propterea ſicut viro creato collatũ eſt: vel cõparatũ ei adiutorium ſimile ſibi ex ipſa hominis ſubſtantia. ſic cum in adiutoriũ ſpũalis ſtudij neceſſaria ſint: non tñ in hoc ſemper eque cõuenire videtur omnia corporalia exercitia: ſed que cum ſpiritualibus ꝓpriorem videntur habere ſimilitudinem: ⁊ affinitatem ſicut ad edificationem ſpiritualem meditari qꝫ ſcribatur vel ſcribet̃: qꝫ legat̃. Sub diuinalia exercitia enim ⁊ opera: ſicut ſenſus diſtrahunt ſic ſepe etiaȝ ſpirituȝ exhauriũt: niſi cũ grauiore ruralium labore operum ſit maior ꝯtritio corpis vſqȝ ad contritionẽ: ⁊ humiliationem cordis. Fatigationis enim ſue preſſura exprimũt ſepe vehementioris affectum deuotionis. Quod in labore ieiuniorum. vigiliarum: ⁊ oĩum: in quibus afflictio corporis ẽ: crebro fieri manifeſtum eſt. Serius tamẽ aĩus: et prudẽs ad oẽm ſe cõpat laborem: nec in eo diſſoluitur: ſꝫ ꝑ eũ magis in ſeipſuȝ colligit̃. Qui ſemꝑ ꝑ oculiſ hẽs: nõ tá: qꝫ agit. q̃ȝ quo agẽdo intendit. oĩs ꝯſumationis videt ſinem. Quo inquátũ veri⁹ initit̃: in tñ etiá feruẽti⁹: ⁊ fideli⁹ manibus: opat̃: toti⁹ ſibi corporis ſui ſubitiẽſ ſuitutẽ. Cogunt̃. n. in vnũ ſenſus a diſciplina bone volũtatis: nec laſciuire eis vacat a pondere laboris. ſed ſubiecti: ⁊ humiliati in obſequiũ ſpũs docent̃ ꝯformari ei: ⁊ in laboris pticipatiõe: ⁊ incõſolatiõiſ expectatiõe. Inordinata. n. natura ꝑ pctm̃: ⁊ a cõditiõis ſue rectitudine exorbitás: ſi ad deũ fuerit ꝯuerſa. Recuperat cito ꝓ mõ timoris: ⁊ amoris: quẽ hẽt ad deũ: quecunqȝ pdidit auerſa: ⁊ vbi cepit ſpũs reformari ad imaginẽ conditoris ſui mox etiá reflorẽs caro ex voluntate ſua: incipit cõformari reformato ſpũi. Ná ⁊ cõtra ſenſuȝ ſuũ incipit eam delectare: quicqd delectat ſpiritũ ſuũ. Inſuꝑ ⁊ pro multiplici defectu ſuo ex pena pcti multiplicit̃ ſitiẽs ad deũ: nõ nunq̃ȝ etiá cõtẽdit p̃cedere rectorẽ ſuũ. Delectatões. n. nõ pdimuſ. ſꝫ mutamus a corpore ad aĩum. a ſenſib⁹ ad cõſciam. Páis furfure⁹: ⁊ ſimplex aqua: olera; ⁊ legumina ſimplicia: nequaq̃ȝ res delectabiles ſunt. ſed in amore xpi: ⁊ in deſiderio interne delectatiõis vẽtri bñ morigerato gratáter ex his ſatiſfacere poſſe valde delectabile eſt. Quot milia paupuȝ ex his. vel ex aliquo hoꝝ delectabit̃

ſatiſfaciũt nature. Facillimũ quip/
pe: ⁊ delectabile eẽt adiuncto amo
ris dei cõdimento ſm naturã viue
re: ſi inſania noſtra nos ꝑmitteret.
Qua ſanata ſtatim naturalib⁹ na/
tura arridet. Eodẽ mõ ⁊ d̾ labore.
Ruſtic⁹ duros hẽt neruos: fortes
lacertos: exercitatio hoc facit: ſicut
torpore molleſcit. Voluntas facit
vſum: Vſus exercitiũ. exercitiũ vi
res in oĩ labore ſubmiſtrat. Sed re
deamus ad ꝓpoſitum. Hoc oĩbus
modis agat ⁊ laboret otiũ noſtrũ.
vt nuq̃ȝ ſimus otioſi. ⁊ hoc ſemper
ſit negotium noſtrum. vt perfecte
conſumet̃ in nobis. quod dicit apo
ſtolus animalibus. ⁊ incipientib⁹.
humanũ inquit dico ꝓpter infirmi
tatem carnis veſtre Sicut exhibui/
ſtis mẽbra veſtra ſuire immũditie
⁊ iniquitati. ita nunc exhibite mẽ/
bra veſtra ſuire iuſtitie in ſanctifi/
catione. Audiat hoc attenti⁹. ami
cũ corporis ſui mãcipiũ. animalis
hõ. qui incipit corpus ſuũ ſubdere
ſpũi. ⁊ adaptare ſemetipſuȝ ad ea.
que dei ſunt. ꝑcipienda. ⁊ ad exuẽ
dã fede ſuitutis neceſſitatẽ cõtra
carnis ſue dominantẽ cõſuetudinẽ
ſe accingat neceſſitateȝ faciens ſibi
ꝯtra neceſſitatẽ ⁊ cõſuetudineȝ: cõ
tra ꝯſuetudinẽ: ⁊ affectum ſibi for/
met contra affectum: donec pleni⁹
mereatur accipere delectationem
ꝯtra delectationẽ: vt delectatiõib⁹
carnis: ac ſeculi ſecundum cõſiliuȝ
apoſtoli ſaltem tantum eũ delectet
carere: quãtũ eũ delectabat p̄mo
eas habere. Tantũ delectet eũ de
membris ſui corporis ſeruire iuſti/
tie in ſanctificationem: quãtũ pri⁹
delectabat eũ ſuire imũditie ⁊ ini
quitati ad iniquitatẽ. Hec ẽ perfe
ctio aĩalis in ſuo ſtatu vel nouitĳ ĩ
cipiẽtis. Qui cũ conſumauerit hoc
aĩale. vel hũanũ. ſi nõ reſpexerit re
tro: ſed fidelit̃ ĩ anteriora ſe extẽde
rit. cito ꝑueniet. ad illud diuinũ. vt
incipiat apꝓhendere. ſicut apꝓhen
ſus eſt. ⁊ cognoſcere. ſicut cognitus
ẽ. Hoc aũt opus nõ in vno ſit mo
mẽto ꝯuerſiõis. nõ ẽ vni⁹ diei. ſed
multi tp̃is. multi laboris. multi ſu/
doris. ſ; gratiã dei miſerẽtis: ⁊ ſtu
diũ hoĩs volẽtis ⁊ currẽtis. Oĩuȝ
ꝓo bonoꝝ hoꝝ officina eſt cella. ⁊
ſtabilis ꝑſeuerantia in ea. In qua
qcũqȝ cũ ſua pauptate bñ ꝯuenit
diues ẽ. Et quicũqȝ bonã volũta/
tẽ habuerit. ſecũ hȝ. qcqd ad bñ vi
uẽdũ ei op⁹ ẽ Quãuis bone volũ
tati nõ ſemp credi expedit. ſed fre/
nãda eſt. ſed regenda ẽ. ⁊ maxime ĩ
incipiẽte. Regat ſancte obedientie
regula bonã voluntatem. illa vero
corpus. et doceat illud poſſe ꝯſiſte/
re in loco. cellã pati. ſecũqȝ morari
qd in proficiẽte bone compoſitiõis
initiũ ẽ. ⁊ certũ bone ſpei argumẽ/
tum. Impoſſibile eſt hoĩem fidelit̃
figere in vno animũ ſuuȝ. qui non
prius alicui loco ꝑſeueranter affi/
xerit corpus ſuũ. Nã q egritudinẽ
animi migrãdo de loco ad locũ ef/
fugere nititur. ſic eſt ſicut qui fugit
vmbrã corpis ſui. ſeipſum fugit: ſe/
ipſum circũfert. locũ mutat. nõ ani
mũ. eũdẽ vbiqȝ ſe inuenit. niſi ꝙ d̾
teriorẽ facit ipſa mobilitas. ſicut le
dere ſolet egrũ. qui circũferẽdo cõ/

tutitur. Egrū.n.ſe ſciat: ꝛ vacet circa cauſarias ptes egritudinis ſue: ꝛ ſi nō interrūpit quies: remedia ꝯtinuata cito pficiēt: ꝛ ſanatus animus ab alienationibus: ꝛ captiuatibus ſuis totus in deo ſuus efficietur. Cura eget: ꝛ nō modica nō innata. ſed infecta natura. Incūbat ergo immobile valitudinario ſuo. Sic enim ſolent appellare medici valitudinum curandaꝝ officinaꝫ: ꝛ remedij ſuſcepti ꝓſequatur vſum vſqꝫ ad ſanitatis experimentum. Valitudinariū tuum o egrote o languide cella tua ē: remediuꝫ in quo curari cepiſti: obediētia eſt vera. Sed ſcito: ꝙ remedia crebro mutata nocent: naturaꝫ diſturbāt: ꝛ egrum diſterminant: nam ꝛ qui aliquo pergit: ſi vnam certā tenuerit viam: cito perueniet: quo tēdit: ꝛ itineris: ꝛ laboris faciet finē. Si vero multas aggredit vias: errat: nec laboris aliquado finē facit. qꝛ error finem nō hꝫ. Nō ergo remediū mutes: nec aliud pro alio accipias: ſed vſqꝫ ad terminū pfecte ſanitatis medicinaliſ obediētie remedio vtere nec abijcias eam vt ingratus cū factꝰ fueris sanꝰ: ſed tñ i reliquū alio mō ea vti pmitteris. Si ergo ad ſanitatē feſtinas: vide: vt nil vel modicū a temetipſo agere p̄ſumas medico īcōſulto. a quo: ſi operā medicātis expectas: neceſſe eſt: vt vulnus tuū ſemp detegere nō erubeſcas: erubeſce: ſꝫ tñ reuela totū: nec abſcōdas. Sūt.n.qui confitēdo ſicut fabulā enarrāt ſuorum hiſtoriā pctōꝝ: ꝛ egritudines aīe ſue ſine cōfuſione dinumerāt: ꝛ pene ſine penitētia. ꝛ ſine affectu doloris. Cito.n.lachrymas inuenit: ꝛ reſoluit in gemitū: qui hꝫ ſenſuꝫ doloris. Si ꝟo male egritudini deſpabilior ſtupor acceſſerit: hic in eo: ꝙ nō dolet. quāto ſanitati vī eē ꝓpinquior: tāto ab ea fit remotior: ꝙ ſi medicus q̄ſi clemētior fuerit: vt q̄ſi vnguētis ēplaſtris leuioribus oīa voluerit curare: tu age ꝓ temetipo ꝛ remedij fortioris: ꝛ celerioris auidus ſanitatis ferrum require: cauteriū expoſce. Medicꝰ tibi ſemp p̄ſto ē: paratus ē. Ne.n. horrori ſit tibi tua ſolitudo: ꝛ vt tutius in cella hītes: tres tibi deputati ſunt cuſtodes. ſ. deus: ꝯſcia: ꝛ ſpiritualis pr̄: deo debes pietatē: cui te totū īpendas: conſciē tue honorē: corā q̄ peccare erubeſcas. Pr̄i ſpūali obediētiam charitatis: ad que de oībꝰ recurras. Inſup: vt gratū me hēas: addā tibi ꝛ q̄rtū ꝛ q̄diu puulus es: ꝛ donec plenius adiſcas diuinā cogitare p̄ſentiā: pedagogū tibi ꝓcurabo. Elige tibi tu ipſe hoīem cōſilio meo. cuiꝰ vite exēplar ſic cordi tuo īſederit. reuerentia inhereſerit vt quotiēs eiꝰ recordatus fueris, ad reuerentiā cogitati aſſurgas: et temetipſum ordines: ꝛ componas. Qui cogitatus ac ſi p̄ns ſit. in affectū mutue charitatis emendet in te oīa emēdāda. ꝛ tñ nullū patiat dānū ſecreti tui ſolitudo tua. Hic preſens tibi adſit. quandocūqꝫ volueris. occurrat ſepe ꝛ cum nolueris. increpatiōes eius deſcribent tibi cogitata ſancta eius ſeueritas.

conſolationes pietas. ⁊ benignitas exemplu; ſancte vite ſinceritas. nā omnes cogitationes tuas. cum ab eo videri cogitabis. ac ſi videat. ac ſi arguat. emendare cogeris. Sic ſecundum preceptum apoſtoli ſollicite temetipſum cuſtodi. ⁊ vt temetipſum ſemper inſpicias: ab omnibus oculis auerte. Egregiu; inſtrumentum corporis eſſe oculus. ſit ſicut cetera. ſic etiam videre poſſet ſemetipſum. Quod cu; interiori oculo conceſſum ſit. ſi ad exterioris exēplum ſeipſum negligēs. vacat circa aliena. etiam cum vult. non ſufficit redire ad ſeipſum. Tibi vaca. multa tu ipſe tibi ſollicitudinis materia es. Exclude etiam ab oculis exterioribus. quod conſueuiſti videre. ab interioribus. ꝙ amare. quia nil tam facile recrudeſcit ꝙ̄ amor. ⁊ maxime in tenerioribus. ⁊ recentioribus animis. Aude etiam non nunꝙ̄ ſapere. ⁊ emulari chariſmata meliora. ⁊ tu ipſe tibi eſto parabola edificationis. alia cella tua exterior. alia interior. Exterior eſt domus. in qua hītat aīa tua cu; corpore tuo. Interior ē conſciētia tua quam inhabitare debet omniu; interiorum tuorum interior deus cū ſpiritu tuo. Hoſtium clauſure exterioris. ſignum eſt hoſti circūſtātie interioris. vt ſicut ſenſus corporis per exteriorem clauſuram foris vagari nō permittitur. ſic interior ſenſus ad ſuum ſemper interius cohibeatur. Dilige ergo interiorē cellā tuā. dilige exteriore;. ⁊ vnicuiq; ſuu; impēde cultum. Tegat te. exterior non abſcondat. non vt pecces occultus. ſed vt tutius viuas. Non enim ſcis o rudis incola. quid celle debeas. ſi non cogitas. quomodo in ea nō ſolummodo vitiȷs tuis curaris. ſed etiam non habes rixari cum alienis. Neſcis et ꝙ̄ conſcientie tue debeas honorem. quicunq; in ea non experiris gratiam ſancti ſpūs. ⁊ interne ſuauitatis dulcedinē. Da ergo vtriq; celle honorem ſuum. ⁊ tu tibi in ea vēdica primatū tuum. diſce in ea ſecundum cōis īſtituti leges. tu tibi preeſſe. ⁊ vitam ordinare. ⁊ mores componere. ⁊ temetipſum iudicare. teipſum apud teipſum accuſare. ſepe etiam cōdēnare. nec impunitu; dimittere. Sedeat iudicans iuſtitia. ſtet rea. ⁊ ſe ipſam accuſans conſciētia. Nemo te plus diligit te. nemo fidelius iudicabit. Mane p̄terite noctis fac a temetipſo exactionem. ⁊ venture diei tu tibi indicito canonā. veſpere diei p̄terite. rōnem exige. ⁊ ſuperuenientis noctis fac indictionem. Sic diſtricto. nequaꝙ̄ tibi aliquando laſiuire vacabit. Singulis horis. ſecundum communis inſtituti canone; ſua diſtribue exercitia. cui ſpūalia. ſpiritualia. cui corporalia. corporalia. in quibus ſic exoluat omne debitum ſpiritus deo. corpꝰ ſpiritui. vt ſi quid fuerit intermiſſum. ſi quid neglectum. ſi quid imperfectum. ſuo modo. ſuo loco. ſuo tempore non eat impunitum. vel irrecompenſatum. in quibus extra illas horas. de quibus dicit propheta. Septies in die laudem

di.ti.matutinū ac veſptinū ſacrificiū ac medie noctis ē maxime obſeruandū. Nō enim fruſtra ait propheta. Mane aſtabo tibi. ⁊ vide. ſʒ quia tunc a curis exterioribus adhuc ſumus ieiuni. ⁊ dirigat̄ oratio mea. ſi. incen. in ↄſpe. tu. eleua. mā. me. ſacri. veſ. qꝛ tunc ab hui⁹ mundi impedimētis iā quodāmō inuenimur digeſti. Qui ⁊ in nocturnis vigilijs noſtris. in qbus media nocte ſurgimus ad cōfidēdū nomini dn̄i. confeſſionis eiuſdē ordinē contexēs. in die ingt tribulatiōis mee deū exquiſi. man. me. noc. cōtr. e. et nō ſu. de. Iſtis. n. horis potiſſimum corā deo debem⁹ nos metipſos cōſtituere quaſi facie ad faciē. ⁊ in lumine vultus eius pſpicere. tribulationē. ⁊ dolorē nobis de nobis inuenire. ⁊ nomē dei inuocare. ſcopēdo ſpm̄ noſtrum. donec incaleſcat ambiendo ad memoriā abūdātie ſuauitatis ſue. donec ipſe in cordibus noſtris indulceſcat. ⁊ tunc maxime nobis agendū eſt: quod dixit apoſtolus. Malo in eccleſia quinqʒ loqui verba ſenſui meo. q̄ʒ decē milia verboꝝ ſine intellectu. Et illud. pſallam ſpiritu. pſallam ⁊ mente. Orabo ſpū. orabo ⁊ mēte. Tūc enim mēti ⁊ ſpūi aggregandi ſunt fructus ſui. vt exinde vel in abūdātia bn̄dictiōis dei in quietem noctis relaxemur vel ſurgētibus nob ad laudes dei. oīs exīde tenor operis noſtri in ipſius laudib⁹: formet̄ ac viuificet̄. Jccirco in preueniēdiſ nocturnis vigilijs. nō expedit multitudine pſalmoꝝ obruere intellectū: ⁊ exhaurire ſpm̄. vel extinguere. Sed q̄ʒdiu ſobri⁹ inuenit̄ pietati afficiendus eſt. ⁊ ſuo itinere dirigendus ad deum. donec dilatato corde currere incipiat. vſqʒ ad finē operis dei. Poſtmodū ſeruoris ſui modum. ſiue tenorem habiturus. niſi magna intercidatur negligentia. vel omittatur volūtaria mīſia. Scit aūt etiā quicūqʒ ſenſum xp̄i hʒ quātū pietati xp̄iane expediat. quātuʒ dei ꝟuū. ⁊ ꝟuū redēptionis xp̄i deceat. ⁊ vtile ei ſit. vna ſaltem aliqua diei hora paſſiōis. et redēptionis ipſius attēti⁹ recolere bn̄ficia ad fruendum ſuaniter in ↄſciētia. ⁊ recondendum fideliter in memoria. quod eſt ſpiritualiter manducare corpus chriſti. ⁊ bibere ei⁹ ſanguinem in memoriam eius. qui omnibus in ſe credentibus precepit dicens. hoc facite in meam cōmemorationem. Jn quo etiam propter peccatū inobedientie. q̄ʒ impium ſit hominem tante dei pietatis immemorem eſſe. palam omnibus eſt. cū amici hominis abeuntis ſub quolibet ſigno commendatam memoriam nephas ſit obliuiſci. Si qdem ſancte huius. ac reuerende cōmemorationis myſterium ſuo modo. ſuo tempore. ſuo loco celebrare licet paucis hoīb9. quibus hoc creditū eſt myſteriū. Reʒ ꝟo ſacramenti. vel myſterij in omni tempore: ⁊ oī loco dominationis dei mō. quo traditū eſt. hoc ē debite pietatis affectu agere. ⁊ contrectare. ⁊ ſumere ſibi in ſalutem omnibus in promptu eſt. quibus dicitur: vos

autē genus electuꝫ:regale ſacerdo
tium:gens ſancta:populꝰ acq̄ſitio
nis:vt virtutes annuncietis eius:
q̄ de tenebris vos vocauit in admi
rabile lumen ſuū:nam ⁊ ſacramē-
tū ſicut accipit ad vitā dignus:ſic
ad morteꝫ ſuam: ⁊ iudicium indi-
gnus. Rem vero ſacramenti nemo
ꝑcipit niſi dignus: ⁊ idoneus. Sa-
cramentū enim ſine re ſacramenti
ſūmenti mors eſt. Res vero ſacra-
mēti etiā preter ſacramētū ſūmen
ti vita eterna eſt. Si aūt vis: ⁊ ve-
re vis oībus horis tam diei:ꝙ no-
ctis:hoc tibi in cella tua preſto ē.
quotiens in cōmemoratione eius:
q̄ pro te paſſus eſt: huic facto eiꝰ
pie:ac fideliter fueris affectus:cor
pus eius manducas: ⁊ ſanguinem
bibis. Quādiu in eo māes ꝑ amo-
rē:ipſe in te ꝑ ſanctitatis: ⁊ iuſtitie
operationē in eius corpore: ⁊ mē-
bris eius cōputaris. Deinde etiaꝫ
certis horis certe lectioni vacādū
eſt. Fortuita.n. ⁊ varia lectio: ⁊ q̄ſi
caſu reperta nō edificat:ſꝫ reddit
animū īſtabilē: ⁊ leuiter admiſſa:
leuiꝰ recedit a memoria. Sꝫ certis
ingenijs īmorādū eſt: ⁊ aſſuefaciē
dus ē aīus. Quo.n.ſpiritu ſcriptu
re facte ſunt:eo ſpiritu legi deſide-
rāt:ipſo etiā intelligēde ſunt. Nū-
ꝙ ingredieris in ſenſuꝫ pauli: do-
nec vſu bone intētionis in lectiōe
eius: ⁊ ſtudio aſſidue meditatiōis
ſpiritū eius imbiberis. Nunꝙ in-
telliges dauid:donec ipſa experiē-
tia ipſos pſalmoꝝ affectus indue-
ris. Sicq̄ꝫ de reliq̄s: ⁊ in omni ſcri-
ptura tm̄ diſtat ſtudium a lectiōe
quātū amicitia ab hoſpitio:ſocia-
lis affectio a fortuita ſalutatione.
Sed ⁊ de quotidiana lectione ali-
q̄d quotidie in ventrē memorie di
mittendū eſt:q̄d fidelius digerat:
⁊ ſurſuꝫ reuocatū crebriꝰ.ruminet
q̄d ꝓpoſito ꝯueniat:q̄d intentioni
ꝓficiat:q̄d detineat aīum:vt aliēa
cogitare nō libeat. Hauriendus ē
ſepe de lectōis ſerie affectus: ⁊ for-
māda oratio:que lectionē interrū-
pat: ⁊ nō tā impediat interrūpēdo
ꝙ puriorē cōtinuo animū ad intel
ligentiā lectionis reſtituat. Inten-
tioni ſeruit lectio. Si vere in lectio
ne deum querit:qui legit:omnia:q̄
legit:cooperant̄ ei in hoc ipſum: ⁊
captiuat ſenſus legentis: ⁊ in ſerui
tutē redigit oēm lectionis intelle-
ctū in obſequiū xp̄i. Si in aliud de
clinat ſenſus legentis: omnia tra-
hit poſt ſemetipſum:nihilq̄ꝫ tā ſan
ctū:tam piū inuenit in ſcripturis:
ꝙ ſeu ꝑ vanā gloriā:ſeu ꝑ diſtortū
ſenſuꝫ:ſeu ꝑ prauū intellectū n̄ ap
plicet:vel malicie:vel vanitati. In
omnibus enim ſcripturis legēti ini
tiū ſapientie debet eſſe timor dn̄i:
vt in eo primo ſolidet̄ intētio legē
tis: ⁊ ex eo ordinetur. ⁊ exurgat to
tius lectionis intellectus. ⁊ ſenſus.
A ſpiritualibus vero exercitijs in
corporalia nunꝙ longe. vel in to-
tum recedat̄. ſed facile ad ea poſſe
redir̄ aīus aſſueſcat: ⁊ cū illis ſe mu
tuat. iſtis ſemper inhereat. Sicut
enim ſupra dictum eſt. non vir pro
pter mulierem ſed mulier propter
virum. Nec ſpiritualia propter car
nalia:ſed carnalia propter ſpiritua

lia. Corporalia vero exercitia nūc dicimus que manuali ope corpaliter exercenť. Nā ſunt ⁊ alia corpis exercitia: in quibus neceſſe eſt corpus laborare: ſicut ſunt vigilie: ieiunia. ⁊ alia huiuſmodi: que ſpūalia nō impediunt: ſed iuuant: ſi cuꝫ rōne diſcretione fiāt. Que ſi ex idiſcretionis vicio ſic aganť: vt vel deficiente ſpū: vel languente corpore ſpiritualia impediant: qui ſic ē corpori ſuo tulit boni operis effectuꝫ: ſpiritui affectū: primo exēplū: deo honorē. Sacrilegus eſt: ⁊ hoꝝ omnium in deum reus. Nō qđ ſcđm apoſtoli ſenſum nō videať humanum etiā hoc: ⁊ nō doceat: ⁊ nō debeat: ⁊ iuſtū ñ ſit caput aliqñ dolꝫ in ſuitio dei: qđ olim ſepe vſqꝫ ad dolorē laborauit ī vanitate ſeculi. Eſurir ventrē vſqꝫ ad rugitū: q ſepe repletuſ eſt vſqꝫ ad vomitū: ſed modus in oībus habēdus eſt. Affligendum eſt corpus aliqñ: ſꝫ non ꝯterendū. Nā corporalis exercitatio ad modicū quidē vtilis eſt: propter qd ad modicū: hoc eſt: non in ꝯcupiſcētijs: ſꝫ tñ cura carnis agēda eſt. Agenda vero eſt ſobrie et cū ſpirituali quadaꝫ diſciplina: vt neqꝫ ī modo eius: neqꝫ in qualitate: neqꝫ ī q̄ꝫtitate appareat aliqd qđ nō deceat ſeruū dei. Eis.n. que inhoneſta ſunt noſtra: abundātiorem honorē circundare debemus. Honeſta vero noſtra nullius egēt. Non ſolū aūt hoc: ſed ⁊ oēm vitā noſtrā: q̄ꝫuis hoībus occultā exhibere debemus deo ſanctā ⁊ honeſtam: ⁊ oēm ꝯuerſationē noſtram: ſanctis angelis cōſpiciabilē agere ⁊ delectabilē: q̄ꝫuis inter domeſticos parietes incluſam. Oīa veſtra inquit apoſtolus honeſte fiant in vobis. Grata deo res eſt honeſtas ⁊ ſanctoꝝ angeloꝝ amica. Propť quod etiā iubet apoſtolus velari mulieres ꝑpter angelos: qui cum proculdubio tam die q̄ꝫ nocte nobiſcū ſint ī cellis noſtris: nos cuſtodientes: ⁊ noſtris ſtudijs ꝯgaudētes: ⁊ cooperantes: placet eis: vt ēt nullo homine vidente oīa noſtra honeſte ſiant: ſiue ergo manduceť ſiue bibatis: ſiue aliquid aliud facitis: oīa in domini agite pie. ſancte ⁊ religioſe. Si manducas menſam tuā p ſe ſatis ſobriā ſobrietas tua perornet. Et cum manducas: nequaq̄ꝫ totus manduces: ſed corpore tuo ſuā refectionē procurāte mens ſuā nō negligat. ſed de memoria ſuauitatis dñi: vel ſcripturarum aliqd: qđ eā paſcat meditādo vel ſaltē memorādo ſecū ruminet: ⁊ digerat. Sꝫ ⁊ ipſa neceſſitas non ſeculariter non carnaliter expleať: ſed ſicut decet monachū. ſicut conuenit ſuo dei. Nā etiā quo ad ſanitatē corporis cibus q̄ꝫto honeſtius. ⁊ ordinatius ſūmitur. ⁊ ingeriť tanto facilius. ⁊ ſalubrius digeriť. Obſeruandus eſt ergo ſummendi modus. ⁊ tempus. cibi q̄ꝫtitas. et q̄litas. fugienda ſupflua. ⁊ adulterina cōdimenta. Obſeruandus eſt ergo ſūmēdi modus. vt nō effūdat ſuper oēm cibum aīam ſuā. tempꝰ

ne ante horã qualitas vti quibus vtitur cõitas fraternitatis. excepta cauſa mãifeſte neceſſitatis. De cõdimentis vero ſufficiat. obſecro. vt comeſtibiles fiãt cibi noſtri. non concupiſcibiles vel delectabiles. Sufficit. n. concupiſcentie malicia ſua. que vix aut nullo modo ꝑtranſire poſſit ad finem explende neceſſitatis. niſi per viã quantecũq; delectationis. ſi ceperit accipere irritamenta ab eis. qui perpetuũ ſuſcepere bellu; aduerſus eius oblectamenta. fiunt duo contra vnum. et ſic periclitatur continentia. Deide ſicut de cibo dictum eſt. ſic ⁊ de ſõno. Caue inquantũ potes ſue dei ne totus aliquãdo dormias. ne ſit ſomnus tuus non requies laſſi. ſed ſepultura corporis ſuffocati. nõ reparatio ſed extinctio ſpiritus tui. Suſpecta res eſt ſomnus. ⁊ ex magna parte ebrietati ſimilis. Exceptis enim vitijs quibus in dormiẽte corpore dormitante ratione nõ eſt qui contradicat quantũ ad debitum continui profectus nil temporis tam deperit de vita noſtra. q̃ꝫ qđ ſomno deputatur. Iturus ꝑ ad ſomnum ſemper aliquid defer tecum in memoria vel cogitatione in quo placide obdormias. quod nõnũq̃ꝫ etiã ſomniare iuuet. quod etiam euigilante te excipiẽs in ſtatum heſterne intentionis te reſtituat. Sic tibi nox ſicut dies illuminabitur. ⁊ nox illuminatio tua erit in delitijs tuis. Placide obdormies. in pace quieſces. facile euigilabis. ⁊ ſurgens facilis. ⁊ agilis eris ad redeundum in id. vnde non totus diſceſſiſti. Sobrium enim cibũ. ſobriumq; ſenſum ſequitur ſobrius ſomnus. Carnalis vero ſomnus et brutus. ⁊ ſicut dicitur. letheus abhominãdus eſt ſeruo dei. De quo vero poſt congruam quietem facile eſt ſenſus corporis. ⁊ mẽtis euocare. ⁊ quaſi ſeruos domus patriſfamilias ad opera neceſſaria ſpiritui tui ſuſcitare immittere. huiuſmodi ſomnus ſuo tempore. modo ſuo aſpernandus non eſt. Sic prudens ⁊ deo deditus animus habere ſe dꝫ in cella ſua. ⁊ ĩ ꝯſciã ſua. ſicͭ prudẽs pr̃familias in domo ſua. Nõ hẽat ĩ domo ſua ſicͭ ſalomõ dicͭ mulierẽ litigioſam carnem ſuam. ſed ad ſobrietate; moderatam. ⁊ aſſuefactam ad obedientiam. ⁊ ad laborem paratam. vbiq; inſtitutam. et eſurire. ⁊ ſaturari. ⁊ abũdare. ⁊ penuriam pati. Habeat ſenſus exteriores non duces. ſed ſeruientes. interiores ſobrios. ⁊ efficaces. Habeat omnem omnino domum. vel familiam cogitationum ſuarum ſic ordinatam. ⁊ diſciplinatã. vt dicat huic. vade. ⁊ vadit. ⁊ alio veni. et veniat. ⁊ ſeruo corpori. fac hoc. et abſq; contradictione faciat. Qui ſic ſemetipſum ordinat. ⁊ regit in conſcientia ſua. optime ſibi credendus. ⁊ committendus eſt in cella ſua. Sed hoc eſt ꝑfectoꝝ. vel ꝑfecte iã incipientiũ. qđ ideo propoſuimus incipiẽtibus. ⁊ nouitijs. vt ſciant quid deſit ſibi. et quo

extendere habeant intentionē ſtu‑ dij ſui. Sciendum vero eſt: q2 cum de carnali: vel de animali ſenſu vel de rōnali ſcientia: vel de ſpūali ſapientia diſerimus vnum hominē deſcribimus in quo ſm diuerſos ꝑfectus: ⁊ prouectuū prouentus: ⁊ intentiōis affectus: hec oia diuerſis temporibus: poſſibile eſt inueniri: ⁊ tria hoīum genera ſingula ſm ſtatuū hoꝝ ꝓprietates in profeſſione religionis in cellis militātia. Quāuis celle dignitas: ⁊ ſancte ſolitudinis ſecretū: ⁊ ſolitarie profeſſionis titulus non niſi perfectis conueni re videtur: quorum ſicut apoſtolꝰ dicit: eſt ſolidus cibus. ⁊ qui ꝓ cōſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionē boni. vel mali: a quo etſi rōnalis qui proximus eſt ſapienti vtcūq3 videretur eſſe tollerandus: ſed certe animalis: q nō ꝑcipit ea: que dei ſunt: penitus putaretur arcendus: ſed occurit Petrus apoſtolus dicens quibuſdam ſi ſpiritum ſanctū ipſi acceperunt: ſicut ⁊ nos. ego quis erā: vt prohiberem deum: Spiritus. n. ſanctus bona voluntas eſt. nec enī ſine grā di ſcrupulo mentis a quacunq3 ꝓfeſſionis altitudine arcendus eſt: cui teſtis inhabitantis ⁊ trahētis ſpiritus bona voluntas eſt. Siquidem ex duobus hominū generibꝰ cellarum habitatio ſupplenda eſt. Scil3 vel de ſimplicibus: q ⁊ ſenſu ⁊ voluntate ad aſſequendā religioſam prudentiā feruentes apparuerint: ⁊ habiles vel de prudentibus quos religioſe ⁊ ſancte ſimplicitatꝫ conſtiterit eſſe emulatores ſtulta vero ſupbia: vel ſuperba ſtulticia a tabernaculo iuſtoꝝ ſemꝑ procul ſit. Eſt autem ois ſuperbia ſtulta: q̄uis nō omnis ſtulticia ſuperba. Stultitia enī3 ſine ſupbia nōnūq̄ ſimplicitas inuenitur. que ſi ignorat. forſan docibilis. ⁊ ſi nequit doceri. forſan eſt tractabilis. ⁊ eſt propria ciuitas refugij ſimplicitati cohabitatio religionis. niſi ſit talis. q̄ nolit humiliari. vel tam bruta. vt non poſſit regi. vel tractari. Bona tamen voluntas. etſi multū ſit bruta. non tamen eſt deſerenda: ſed ſalutari ꝯſilio ad laborioſam. ⁊ actuoſam vitam tranſmittēda. Superba autem q̄uis ſibi prudens videatur dimittēda ſibi eſt. ⁊ abigēda. Si enim admittitur ſuperbus. prima die qua ingreditur habitare incipit leges dare. Nimium ſtultus vero diſcere non poteſt. quas inuenit. Sollicite ergo ⁊ prudenter perpendendum eſt. quis admittatur ad habitandum ſecū. Qui. n. habitat ſecū. nō niſi ſeipſum. qualis ipſe eſt habet ſecū. Malus ergo homo nunq̄ tute ſecū habitat. q2 cū malo homine habitat. ⁊ nemo moleſtior eſt ei. q̄ ipſe ſibi. Nam inſani. et nimium dementes. ⁊ qui non ſatis quacunq3 de cauſa mentis ſue bene compotes ſunt. cuſtodiri ſolent nec ſibi relinqui. vel cōmitti. ne ſolitudine ſua male vtanť. Admittātur ergo animales habiles. paupe res ſpiritu ad cohabitationē cellarum. ſed vt fiant ipſi rationales. ac ſpūales. non vt ꝓpter eos ipſi. qui

iam hoc eſſe meruerunt conuertā-
tur retro: ⁊ efficiantur animales.
Suſcipiantur in omni beniuolen-
tia charitatis: portent in omni pa-
tientia benignitatis. Sed qui eis
compatiunt. non eis conformēt:
nec ſic querant eoꝝ pfectū: vt pro
pter eos cogant incurrere ppoſiti
in religione rigoris defectum. Iaȝ
enim ſubintrauit de ere alieno ſū-
ptuoſa: ⁊ q̄tum pudor ſinit ambi
tioſa cellaruȝ edificatio: ⁊ abiecta
ſancta ſimplicitate: ⁊ ruſticitate: ſi-
cut ſalomon dicit ab altiſſimo cre-
ata: quaſi religioſas quaſdā nobiſ
creamus habitationū honeſtates:
in quibus tm̄ cōpaſſum eſt anima
libus: vt pene oēs in hoc effecti ſi
mus aīales. Dimiſſam. n. nobis a
patribus noſtris iure hereditario
formā paupertatis: ⁊ ſancte ſimpli
citatis ſpēm: verū decorē domus
dei alienātes a nobis ⁊ a cellis no
ſtris per manus artificū exquiſito
rum cellas nō tam heremiticas q̄ȝ
arromaticas edificamuſ nobis ſin
gulas in titulo. C. ſolidoꝝ concupi
ſcentias oculoꝝ noſtroꝝ de elemo
ſinis pauperum. Amputa domine
obprobriū. C. ſolidoꝝ a cellis pau
perū tuorum. Cur nō potius. C. de
narioꝝ: Cur nō potius nullorum.
Cur nō potius gratis filij grē ipſi
ſibi edificāt: Quid reſponſum eſt
moyſi cū ɔſumarem tabernaculū.
Vide inquit oīa facito ſʒ exēplar
qđ oſtenſum eſt tibi in monte. Nō
a ſeculi hoībus decet fieri taberna
culum dei cum hoībus. Ipſi qbus
in altitudine mentis oſtendit exē-
plar veri decoris domus dei ipſi
edificent ſibi. Ipſi quibus ſollicitu
do interiorū ſuoꝝ ɔtēptū ⁊ negli
gentiam indicit oīum exteriorum:
ipſi edificent ſibi formā paupertatꝭ
⁊ ſancte ſimplicitatis ſpēm: ⁊ pīne
frugalitatis. Liniamenta nulla ſic
aptabit artificum induſtria: ſicut
eoꝝ negligentia. Ergo obſecro in
peregrinatione huius ſeculi: in mi-
litia hac ſuper terram edificemus
nobis non domos ad habitandū:
ſed tabernacula ad deſerendū: vt-
pote cito inde vocandi: ⁊ emigra-
turi in patriam ⁊ ciuitatem nr̄am:
⁊ domum eternitatis noſtre. In
caſtris quippe ſumus: in alieno mi
litamus in alieno laboramus: faci-
le eſt: quicquid naturale eſt. Nun-
quid non facile eſt ſolitario: ⁊ ſuffi
ciens nature: ⁊ vtile conſcientie.
Ipſi ſibi cellam de virgis contexe
re de luto plaſmare: vndeqȝ opera
re: ⁊ decentiſſime inhabitare: Et
quid amplius eſt requirendū. Cre
dite fratres: ⁊ vtinam experiri vo-
bis nō ɔtingat: q2 pulchritudines
iſte: ⁊ forenſēs honeſtates cito viri
le propoſitum eneruant: ⁊ maſculi
num animum effeminant. Nam
etſi ipſo ſepe vſu ſopiunt earuȝ de
lectationes: etſi ſit aliqui qui vtan
tur huiuſmodi: quaſi non vtentes
tamen contemptu melius: q̄ȝ vſu
vincuntur huiuſmodi affectiones.
Conferunt etiam nō modicū inte
rioribꝰ nr̄is exteriora nr̄a ad ſimi
litudinem mentis aptata: ⁊ compo
ſita: ⁊ bono ppoſito ſuo modo re-
ſpondentia. Pauperior enim cul-

tus in aliis frenat concupiſcentiā: in aliis circa amorem paupertatis afficit conſcientiā. Sed ⁊ intentuȝ interioribus ſuis aīuȝ magis decēt inculta omnia: ⁊ neglecta exteriora. quibus aīus ipſe dum ſepius alibi conuerſari dignoſcit: ſeqȝ alibi magis occupatā intentio ſancta denunciat. ⁊ efficaciter bone conſciētie conſilia interiora. cui omnia exteriora voluiſſe renūciat. Obſecro ergo vt maneant celle ille delicatiores ſicut facte ſunt. ſed nō creſcat numerus earū. Sintqȝ in valitudinaria fratribus animalibus. ⁊ infirmioribus. donec conualeſcāt. hoc eſt incipiant deſiderare nō valitudinaria: infirmorꝫ. ſed tabernacula militantiū in caſtris dei. Maneāt in exemplū poſteris veſtris: q: tales habuiſtis. ⁊ ſpreuiſtis. Uos āt qui ſpūales eſtis: ſicut hebrei. i. trāſeuntes non habentes hic ciuitatē manentē. ſed futurā inquirentes. edificate vobis ſicut cepiſtis caſulas ī quibus habitetis. In caſulis enim habitauerunt patres noſtri habitantes in terra repromiſſiōis. quaſi in aliena cum coheredibus promiſſionis. expectantes fundamenta habentem ciuitatem. cuius artifex. ⁊ conditor eſt deus. non acceptis repromiſſionibus. ſed a longe eas aſpicientes. ⁊ ſalutantes. et confitentes. quia hoſpites ſunt. et peregrini ſuper terrā. Qui enī hec dicunt. ſignificant ſe patriam inquirere meliorem hoc eſt celeſteȝ. Idcirco patres noſtri in egypto. ⁊ thebaida ſancte huius vite ardentiſſimi emulatores in ſolitudinibus degentes anguſtiati. afflicti. quibus dignus nō erat mundus. Ipſi ſibi cellas edificabant. in quibus tecti tantūmodo ⁊ circunſpecti a trubine. ⁊ a pluuia tutabātur. in quibus heremitice frugalitatis delitiis affluentes locupletabāt multos ipſi egentes. quos quo nomine dignius appellem neſcio homines celeſtes aut angelos terreſtes. degentes in terris. ſed conuerſationem habentes in celis. Laborabant manibuſ ſuis. ⁊ de labore ſuo pauperes paſcebant eſurientes ipſi. De vaſtitate heremi vrbium carceres alebāt ⁊ infirmos. ⁊ in quibuſlibet neceſſitatibus poſitos ſuſtentabant viuentes de labore ſuo. ⁊ habitātes in labore manuum ſuarum. Quid ad hec dicemus nos nō animales ſed animalia terrena adherentes terre. ⁊ ſenſibus carnis noſtre. in ſenſu carnis noſtre ambulantes. ⁊ ex alienis manibus pendentes. Quis conſoletur nos. ille. qui cum diues eſſet. pauper pro nobis factus eſt. ⁊ qui voluntarie pauptatis dedit preceptum. ipſe eiuſdem paupertatis in ſemetipſo nobis formam dignatus eſt demonſtrare. Ut. n. ſciant euangelici pauperes. quid eis faciendum ſit. ipſe etiam a fidelibus paſci voluit. nōnunq̄ȝ ⁊ ab infidelibus. ſed vt fideles faceret. vite neceſſaria accipe non recuſauit. Sed in primitiua eccleſia pauperes illos ſanctos. qui pro chriſto rapinam bonorum ſuoruȝ perpeſſi fuerant: vel ſecundū perfectionis con

cunq3 loco conſiſtis. cogitationes
tuas iacta in deum. ⁊ aliquid ſalu-
tare in animo tuo verſa. Oīs ſiqui
dē locus ad meditandū cōgruus
ē. Tota ergo facilitate animū colli
gēs libere tecū habita. ⁊ in latitu-
dine cordis tui deambulās. ibidē
cenaculū grande ſtratū chriſto ex-
hibe. Mens nāq3 ſapiētis ſemp̱ ē
apud deum. Illum ſemp̱ ante oc-
culos habere debemꝰ. ꝑ quē ſumꝰ
viuimus. ⁊ ſapimus. ip̄ namq3. ut
eſſemus. habemꝰ auctorem. ipſum
aūt. vt ſapientes ſimus debemꝰ ha
bere doctorē. ⁊ vt beati ſimus. ī ter
ne ſuauitatis largitorē. Et in hoc
imaginē eius. hoc eſt illius ſumme
trinitatis in nobis cognoſcimꝰ. nā
ſicut ille ē ⁊ ſapiens ē. ⁊ bonus eſt.
ſic ⁊ nos pro modulo noſtro. ⁊ ſu-
mus. ⁊ nos eſſe ſcimus. ⁊ idē eē. ⁊
noſſe diligimus. Utere igiť teipſo
velut dei tēplo. ꝓpť illud qđ ī te ē
ſimile deo. honor ſiquidē deo ſum-
mꝰ ē. illū venerari ⁊ imitari. Imi-
taris ſi pius es. Tēplū enī ſanctū
ē deo. mens pia. ⁊ altare optimum
cor eiꝰ veneraris ſi miſericors es. ſi
cut ipſe oībus miſericors ē. Hoſtia
ſiquidē acceptabilis ē deo. facere
bonū oībus ꝓ deo. fac oīa ſicut fi
lius dei. vt dignꝰ ſis eo. q te digna
tꝰ eſt filiū vocare. In oībus vero q̄
agis. deū eē pñtem cognoſce. caue
q̄ ne in eo qđ male delectat. vel vi
ſio tua. vel cogitatio tua remoreť.
nec dicas. neq3 faciaſ qđ nō l3. etiā
ſi libet. nec aliquo facto vel ſigno

deũ offendas:ꝗ vbiqȝ pñs cernit qcquid facis:Magna custodia tibi neceſſaria ē.qm̄ oĩa agis añ oculos iudicis cũta cernẽtis. Cuȝ illo tñ es ſecurus.ſi talem te ꝓparaueris:vt tecũ adeſſe digneť.Si tecuȝ nõ ē per gratiam:adeſt tamē ꝑ vindictaȝ.Sȝ ve tibi ſi ita tecũ eſt.Jmmo ve tibi ſi ita tecũ nõ adeſt. Jlli namqȝ iraſciť deus:quē peccanteȝ nõ flagellat:nã quē flagellãdo:nõ emendat:in futuro damnat.

¶ Mortis conſideratio.c.vii.

Certũ ē qm̄ mors vbiqȝ minať tibi: diabolus inſidiať vt rapiat animã tuã quando egredieť de corpore.tu vero noli timere qm̄ de⁹:q in te habitat: ſi tamē in te habitat:eripiet te a morte:ꝛ a demone. Fidelis eni ſocius ē:nec deſerit ſꝑantes in ſe:niſi ipſe prior deſerať. Deſeriť aũt cum cor ꝑ prauas:ꝛ inutiles cogitationes vaga mẽte diſcurrit.Jdcirco oĩ ſollicitudine.ꝛ cuſtodia illud cuſtodire ꝛ tenere debes:vt in illo de⁹ requieſcere poſſit.Jn oĩ namqȝ creatura:que ſub ſole mundi vanitatibus occupať nihil humano corde ſublimius.nihil nobilius:nihil deo ſimilius reperiť Quapropter nihil aliud q̄rit te niſi cor tuũ.Mũda ğ illud ꝑ purã confeſſionē:ꝛ aſſiduã orationē:vt mũdo corde deũ videre poſſis ꝑ continuã dei circũſpectionē.Jn omni loco eſto ei ſubiectus:ꝛ intentus.cõpone mores tuos.ut ſis in te placatus: dilige oẽs homines :ꝛ omnibus te amabilem exhibe:vt ſis pacificus:ꝛ dei filius. Sic eris bonus monachus: ꝛ ſcũs humilis:ꝛ rectus.ꝛ cũ talis fueris: memento mei. Ve mihi:qui iſta dico.ꝛ iſta nõ facio.etſi facio aliquãdiu non perſeuero.Jſta habeo in memoria:ꝛ nõ hṹo in vita:hẽo in ſermonib⁹:ꝛ nõ in morib⁹.Legē i corde.ꝛ in ore tota die rumino. et ꝯtraria legi ago.lego de religione in ea.ꝛ plus diligo lectionē. q̄ȝ orationē.verũtñ nil aliud me docet diuina ſcriptura niſi religionē amare:veritatem ſeruare:charitatē habere.Ego aũt miſer. ꝛ miſerabilis citius curro ad lectionē.q̄ȝ ad orõnē libentius volo legere.q̄ȝ miſſas auſcultare.Expectat me aliqs volens de neceſſitate ſua mihi loqui: ego vero librũ aliquē accipio.quē ille vel ille vellet habere:lego in eo ꝛ legendo amitto fruct⁹ charitať. pietatis affect⁹ cõpũctionis flet⁹: miſſaꝝ vtilitatem ꝛ:celeſtiuȝ cõtēplationē.Nil tñ in hac vita dulci⁹ ſentiť:nihil auidius ſumiť. nil ita mentē ab amore mũdi ſeparat. nil ſic animũ ꝯtra temptatiões roborat:nil hominē ita excitat. ꝛ adiuuat ad omne opus bonũ. ꝛ ad oĩnē laborē.q̄ȝ gr̃a cõtemplatiõis.

Qualiť hõ dẽat ĩtẽte orare.c.viii.

Miſerere mei deus: qm̄ ibi plus pecco: vbi petã mea emẽdare debeo. Jn monaſterio nãqȝ ſepe dũ oro:nõ attẽdo qđ dico:oro qdeȝ ore: ſed mẽte foris vagãte oĩonis fructu ꝑuor: corpore ſuȝ īteri⁹:ſȝ corde exteri⁹.ꝛ iõ ꝑdo qđ dico.paꝝ.n.ꝑdeſt ſola voce cãtare.ſine cordis ĩtentõe.Propterea magna ꝑuerſitas. imo magna ĩſania ē qñ cũ dño maieſtatis

loq̄ ī orōne p̄ſumimꝰ:⁊ īſenſati mē tē auertimꝰ.⁊ neſcio ad q̄s ineptias cōuertimꝰ cor. Magna quoqȝ inſania.⁊ grauit̃ vīdicāda:cū vilis ſimꝰ puluis:loquentē ad ſe audire dedignat̃ creatorē vniuerſitat̃.Ineffabilis ꝓo ē dignatio diuine bonitat̃:q̄ quotidie ꝯſpicit nos infelices:aures auertentes . obdurātes corda ⁊ nihilominꝰ clamat ad nos dicēs.Redite p̄uaricatores ad cor vacate.⁊ videte q̄m ego ſuȝ deus. Loq̄tur mihi deꝰ in pſalmo.⁊ ego illi nec tū cū pſalmū dico attendo cuiꝰ pſalmꝰ ſit.Idcirco magnā iniuriā deo facio.cū illū p̄cor vt meā precē exaudiat.quā q̄ fundo n̄ audio. Deprecor illū:vt mihi intēdat ego vero nec mihi: nec illi intēdo. ſȝ qđ deteriꝰ ē īmūda.⁊ inutilia in corde ꝓ̄ſando.fetorē horribilē eiꝰ aſpectibus ingero.

De inſtabilitate cordis humani.c.viii.

Nihil ē in me corde meo fugatiꝰ.q: quotiēs me đſerit ⁊ p̱ prauas cogitatiōes defluit.totiēs deū offendit.cor meū.ē cor vanū.vagū.⁊ inſtabile.dū ſuo ducit̃ arbitrio.⁊ diuino caret ꝯſilio. īſeipſo nō pōt ꝯſiſtere.ſed omni mobili mobilius per infinita diſtrahit̃. et hac atqȝ illac p̱ inumera diſcurrit ⁊ dū p̱ diuerſa requiē q̄rit.nō inuenit.ſȝ ī labore miſe. ac req̄e vacuuȝ manet.ſibi n̄ ꝯcordat.a ſe diſſonat a ſe reſilit:volūtates alternat. cōſilia mutat.edificat noua.đſtruit vetera.deſtructa redificat.eadē iteꝝ atqȝ iteruȝ alio ⁊ alio mō mutat.⁊ ordinat.q: vult ⁊ nō vult.⁊ nunq̄ꝫ īneodē ſtatu p̱manet.Sic.n. molēdinū velocit̃ voluit̃ . ⁊ nihil reſpuit.ſȝ q̄cq̄d īponit̃ molit.ſi aūt nihil apponit̃ ſeip̄m ꝯſumit.ſic cor meū īſtabile ſemp̱ ē ī motu. ⁊ nunq̄ꝫ req̄eſcit.Sȝ ſiue dormiā ſiue vigileȝ: ſōniat.⁊ cogitat q̄cq̄d ei occurrit. Et ſic molēdinū arena ſi īponat̃ exterminat.pix īgnat.palea occupat: ſic cor meū cogitatō amara turbat īmūda maculat. vana inq̄etat.⁊ fatigat.ita cor meū dū futuꝝ n̄ curat gaudiū.nec diuinū q̄rit auxiliū ab amore celeſtiū elōgat̃.⁊ in amore terreſtriū occupat̃.Cūq̄ꝫ elabit̃ ab illis ⁊ inoluit̃ ī iſtis.vanitas illđ recipit.curioſitas deducit. cupiditas allicit. voluptas ſe ducit . luxuria polluit.torq̄t īuidia.turbat iracūdia.cruciat triſtitia ſicq̄ꝫ miſeris caſibꝰ ſubmergit̃ oibꝰ vitijs.q̄m vnuȝ deū: q̄ ei ſufficere poterat dimiſit.p̱ multa diſp̱gitur ⁊ huc illucqȝ q̄rit. vbi req̄eſcere poſſit.⁊ nihil īuenit. qđ ei ſufficiat.donec ad ip̄m redeat.A cogitatōe ī cogitationē ducit̃ ⁊ p̱ varias occupatōes.⁊ affectōes variat̃.vt ſaltē varietate ipſaꝝ reꝝ ipleat̃.q̄rū q̄litate ſatiari n̄ pōt.ſic labit̃ cordis miſeria ſotracta diuina gr̄a.cūqȝ ad ſe reuertit̃. ⁊ diſcutit qđ cogitauit.nil repit q: n̄ opꝰ fuit. ſȝ iportuna cogitatio.q̄ cōpōit multa đ nihilo.ſic deniqȝ đcipit imaginatio q̄ſi đmoniū illuſio.īpat mihi đs vt p̄beā illi cor meū.⁊ q: ipanti đō n̄ ſū obediēs.⁊ ſbditꝰ. mihi ſuȝ rebellis:⁊ ꝯ̄riꝰ.vn̄ mihi ſbiugari n̄ potero donec illi n̄ fuero ſubiectus mihiqȝ ſuiā nolēs.q̄ ei nolo ſuire volēs: idcirco plura machinat̃ cor meū vno momēto.q̄ꝫ oēs hoies pſicere poſſēt vno āno.cū đō n̄ ſū vni

tus:⁊ ideo cū me ip̄o ſum diuiſus.
Cū illo vero vniri nō poſſum niſi
p̄ charitatē:nec ſubici niſi p̄ humi
litatē:nec vere humilis eē niſi per
veritatē. Expedit ergo vt in verita
te me diſcutiā:⁊ cognoſcam quam
vilis:quā fragilis:⁊ quam labilis
ſum. Deinde cū oēs miſerias me
as cognouero:neceſſe eſt vt illi in
hereā:p̄ quē ſum: ſine quo nihil
ſum:⁊ nihil facere poſſuȝ. Et quia
a deo peccando receſſi:niſi p̄ verā
ꝯfeſſioneȝ ad illū redire nō poſſuȝ.
Fateri ergo oportet quod fatēdū
eſt,q2 nunq̄ eo modo:aut ea inten
tione:qua peccaui peccata ꝯfeſſus
ſum:nec oīum recordatus ſuȝ:aut
ꝓpter vetuſtateȝ:aut ꝓpter multi
tudinē. Si aūt ꝯfeſſus ſum:nō pu
re ꝯfeſſus ſum ꝓpter turpitudinē:
ꝯfeſſionem etiā meam diuiſi: vt di
uerſis ſacerdotibus diuerſa mani
feſtarem:⁊ ita venia carui:ad quā
p̄ partes ꝑuenire putaui. Execran
da nanqȝ fictio eſt peccatū diuide
re:⁊ ſuperficietenus radere:nō in
trinſecus eradicare. Nō eniȝ vtilis
eſt ꝯfeſſio niſi ī oris veritate. ⁊ cor
dis puritate:vt tres ſint: qui teſti
moniū nobis dicant in celo.pater.
filius.⁊ ſp̄us ſanctus. Addam⁹ te
ſtes ſacerdotes cordi noſtro.⁊ ori:
vt in ore duorū.vel trium teſtium
ſtet omne verbū.ſed dicis ſufficit
mihi ſoli deo cōfiteri. q2 ſacerdos
ſine eo a peccatis me abſoluere nō
pōt. Ad qđ nō ego ſȝ beatus Ja
cobus reſpōdet dicēs. Cōfitemini
alterutrum peccata veſtra. Cōue
niēs nāqȝ eſt:vt nos qui peccādo
deo ꝯtumaces fuimus.penitendo
ſupplices ſacerdotib⁹.⁊ miniſtris
ei⁹ ſim⁹.⁊ hō qui ad gratiā conſer
uandā mediatore nō eguit:iā eaȝ
recupare nō niſi p̄ mediatorē ho
minē poſſit. Gemat ergo.⁊ ſuſpiret
⁊ anxius ꝓ peccato timeat:⁊ expa
ueſcat.ſollicit⁹ diſcurrat.auxiliato
res.⁊ īterceſſores querat.ꝓſternat
ſe humiliter homini.qui humiliter
aſtare noluit creatori. Nā ⁊ hoc ſa
luberrimū ē.vt hō corde peniteat:
⁊ ore delictū ſuū confiteat̄. quate
nus deus q̄ ꝓpitius adeſt p̄ grāȝ:
cor per pniāȝ cōpungat. deīde ad
ſit.vt cōfitenti.peccatorū veniā tri
buat. Qđ ſi forte peccator vere pe
niteat.ſed intercurrēte articulo ne
ceſſitatis ad cōfeſſionē ꝑuenire nō
poſſit.cōfidēter credere debemus:
ꝙ ſūmus ſacerdos cōplet ī eo. qđ
mortalis nō potuit. Et iam apud
deū factū cōſtat.qđ homo q̄dē ve
re voluit.ſed non valuit adīplere.
quia confeſſionem non contēptus
excluſit:ſed impediuit neceſſitas.¶

De peccato nō excuſando. C.x.

i N capitulo vbi peccata
mea emēdare debui pecca
tis peccata addidi. Cū de
illis accuſātis fui. aut aliquo mō
excuſaui.aut ex toto negaui.aut ꝙ
deterius ē defendi.⁊ īpatienter re
ſpondi.cū nullū ſit peccatū:a quo
nō ſim cōtaminatus.aut ꝯtamina
ri nō poſſim. Juſtū ē ergo:vt omni
occaſiōe remota emēdationē pro
mittam vndecūqȝ aut a quocūqȝ
accuſer.quaten⁹ ſic liberari valeā
a peccato ꝑpetrato.vel ꝑpetrādo.

Quā ſit malum alios non corri
gere.c.xi.

Altitudinē inīqtatū mea
m rū expaueſcēs alioꝝ trāſ
greſſiōes repḣēdere timui.
ꝛ ideo mortis auctor extiti.q2 vir⁹
qꝺ clamādo expellere potui nō ex
puli.indignatus ſum aduerſus ali
os.q me ꝺ vitijs meis repḣēdebāt
ꝛ quos amare ꝺebui. odiui. illa q̄
mihi nocebāt. vel ꝺiſplicebāt ꝺeſi
deraui.vt nō eēnt.Sciebā tñ qꝺ ī
natura ſui erāt bona.ꝛ a bono fa
ctore facta.ſ3 iō mihi nocebāt. q2
malus erā.ꝛ male illis vtebar. Ni
hil eni3 mihi cōtrariū ē niſi ego ip
ſe.mecū eſt qcqd mihi nocere pōt.
ꝛ ego ipſe mihi ſarcina ſum. Opta
ui etiā.vt ꝺeus peccata mea neſci
ret.aut punire nollet:aut nō poſſ3.
ꝛ ita volui ꝺeū eſſe inſipientē.iniu
ſtum.ꝛ īpotentem. qꝺ ſi eſſet.ꝺeus
nō eſſet.nō eſt ſuperbia ſuper ſup
biam meā.ꝑpterea longe a ſalute
mea verba ꝺelictoꝝ meoꝝ.Suſpe
cta eſt ſiquidē ꝺeo ſupbia ꝛ odio
ſa.nec fieri poteſt vt cū eo in grā3
reuertatur. Diuerſum vtriuſq3 ho
ſpitiū.nec in eodē cohabitant ani
mo.qbus nō licuit cohabitare ī ce
lo.In celo nata eſt. ſed velut īme
mor. qua via inde cecidit. illuc po
ſtea redire non potuit. Cum au
tem pluuia.vel nimio frigore. aut
calore turbatus fui. contra ꝺeum
iniq3 murmuraui.Oīa nāq3. que
ad vſum vite accepimus.ad vſum
culpe cōuertim⁹. quaꝑpter iuſtū
eſt.vt q in cunctis peccauimus.in
cunctis feriamur.

¶ Sepe ad ſacrū myſteriū vocem
meā fregi.vt ꝺulcius cantarē.ma
gis ꝺelectabar ī vocis modulatio
ne.q̄3 in cordis compunctiōe. De
us vero.cui nō abſconditur qcqd
illicitum perpetrat̄. nō querit vo
cis lenitatē.ſed cordis puritatem.
nam ꝺū cantor mulcet populū vo
cibus.ꝺeum irritat prauis morib⁹
licentiā loquēdi.vel aliquid faciē
di ſepe nimia īportunitate. vel cal
liditate a prelatis meis extorſi.nō
attendens miſer qm̄.ille ſe ꝺecipit
q occulte vel apte ſatagit. vt hoc
ei pater ſpiritualis iniūgat.qꝺ ipe
ꝺeſiderat. Acum. vel cultellu3.vel
aliquid vile multotiēs nimiū ꝺeſi
deraui.nec cōfeſſus ſum.q2 pecca
tū nō extimabā ꝑpter rei vilitatē
Uerūtamē nō multū ꝺiſtat q̄cūq3
ſubſtātia vilis. vel precioſa regrat̄
ꝺū eq̄liter ſit corrupt⁹ affect⁹.non
enim cultellus in vitiū ē. ſ3 cultelli
appetit⁹.neq3 auꝝ in vitiū eſt ſed
auri cupiditas.In labore nō labo
raui quātū ꝺebui. ꝛ quātū potui.
In ſilētio etiā fui ocioſus.qꝺ ē ma
ximū peccatū.In ſilētio nāq3 ne
mo ſic ꝺ3 eē ocioſus .vt in eodē ſi
lētio vtilitatē nō cogitet proximi.
nec ſic actuoſus vt cōtēplatione3
nō regrat ꝺei.parū eni3 ꝑficit. qui
alteri.cū pōt.nō prodeſt. De vitijs
me iactaui putās eſſe inſigne ꝟtu
tis.vbi erat lapſus criminis. De ꝟ
tutibus etiā vitia feci. Juſtitia nā
q3.ꝺum ſuū modū excedit crudeli
tatis vitiū gignit.Et nimia pietas
ꝺiſſolutionē ꝺiſcipline parturit. ſic
ſepe vitiū ē.qꝺ ꝟtus putat̄.Sicut

remiſſa ſegnicies māſuetudo credi tur:⁊ pigricie vitium quietis virtu tē imitaṫ. Finxi me eſſe qđ nō erā: dixi me velle quod nolebā:vel nol le quod volebā aliud ore dicebaꝫ ⁊ aliud corde volebam: ⁊ ita ſub ouina pelle vulpinā conſcientiam conſeruabā. Uulpina plane con‐ ſciētia eſt tepida cōuerſatio:⁊ ani‐ malis cogitatio:ficta cōfeſſio:bre‐ uis:⁊ rara cōpunctio.obediētia ſi ne deuotione:oratio ſine intētiōe: lectio ſine edificatione: ſermo ſine circūſpectione. O ꝙ̄ dura mihi ſūt iſta que loquor:quoniā me ipſum loquendo ferio. Uerūtamē q: me peccatorē nō nego:ſꝫ peccatū meū cognoſco erit fortaſſe apud deum pium iudicē:ipſa cognitio culpe ī‐ petratio venie:dicam ergo:dicam miſeriam meam:ſi forte ſua pietas moueat illum:dicā peccatū meuꝫ: quoniā noticia peccati initiū ē ſa lutis. Magnā porto coronā: ⁊ ve‐ ſtē rotundā:regulaꝫ ſeruo ieiunio rum:ſtatutis pſallo horis :ſed cor meū longe eſt a deo meo. Exterio‐ rem ſuperficiē intuens ſalua mihi omnia arbitror nō ſentiēs vermeꝫ interiorem:qui interiora corrodit: vnde oſee:comederunt alieni ro‐ bur meū.⁊ ignoraui: ⁊ ideo totus ꝑgens in ea:que foris ſunt:⁊ igna rus interiorū meorum: ſicut aqua effuſus ſum: ⁊ ad nihilū redact⁹ ſum:preteritorū obliuiſcens:p̄ſen‐ tium negligens:futura non preui‐ dens:ingratus ſum ad beneficia: ꝓnus ad mala:⁊ tardus ad bōa.

Quomodo ſe debet vnuſquiſqꝫ conſiderare. Capitu.xij.

Si me nō īſpicio neſcio me ipſuꝫ:ſi aūt me inſpicio to‐ lerare me nō poſſum:quia tāta inuenio in me:que digna ſūt reprehenſione:⁊ cōfuſione:⁊ quan to me ſubtilius: ⁊ ſepius diſcutio: tanto plures abominationes ī an gulis cordis mei inuenio. Ex quo nāqꝫ peccare cepi:nunꝙ̄ vnū dieꝫ ſine peccato tranſire potui:nec ad huc peccare ceſſo:ſed de die in diē peccata peccatis addo.⁊ ea p̄ ocu lis habeo:nec gemo: erubeſcenda video:nec erubeſco:dolēda ītueor nec doleo:qđ eſt mortis ſignum:⁊ dānationis iudiciū. Mēbrū enim qđ dolorem nō ſentit: mortuū eſt: ⁊ morbus inſenſibilis eſt incurabi lis. Leuis ſum:⁊ diſſolut⁹: nec me corrigo:ſed ad peccata: que cōfeſ‐ ſus ſum quotidie redeo:nec caueo foueā:in quam.vel ego cecidi: vel aliū cadere vidi. Cūqꝫ plorare.et orare deberem pro malis q̄ feci:et pro bonis:que neglexi: prohdolor verſum eſt mihi in cōtrariū. Nam tepui:⁊ frigui a feruore oratiōis:⁊ iam ſine ſenſu frigidus remanſi:et ideo flere meipſum nō poſſum:qm̄ gratia lachrimarum receſſit a me.

De p̄ſentia ꝯſciētie vbiqꝫ.c.xiij.

Peccata mea celare nō poſ ſuꝫ:qm̄ quocūqꝫ vado cō‐ ſciētia mea mecū ē:ſecum portās qcqd in ea poſui: ſiue bo‐ nū:ſiue malū:ſeruat viuo reſtituet defuncto depoſitū qđ ſeruādū ac‐ cepit:ſi male facio adeſt illa:ſi aūt bñ facere videor:⁊ inde extollor:

adeſt illa: adeſt viuo: ſeqr mortuū. vbiqз mihi ↄfuſio ē iſeparabiliſ ꝑ q̄litate depoſiti. Sic ſic in domo ꝓpria ⁊ a ꝓpria familia habeo accuſatores: teſtes: iudices. ⁊ tortores. Accuſat me cōſcia: teſtis ē memoria: ratio iudex. voluptas carcer: timor tortor: oblectamentū tormētū: quot nāqз fuerint oblectamēta mala: tot erūt tormenta: nā inde punimur: vnde delectamur.

De tribus inimicis hoīs. c. xiiij.

Diuua me dñe deꝰ meus qm̄ inimici mei aīaз meaз circūdederūt: corpꝰ. ſ. mūdus: ⁊ diabolus: a corpore fugere non poſſum. nec ip̄m a me fugare. Circūferre illud neceſſe ē: qm̄ alligatū ē mihi: ꝓimere nō licet. ſuſtentare cogor. ⁊ cū illud ī pinguo. hoſtē meū aduerſuз me nutrio. Si. n. ſatis cōmedero. ⁊ id robuſtum fuerit: ſanitas ⁊ fortitudo eiꝰ mihi aduerſant. Mūdus ꝟo circūcingit: ⁊ obſidet me vndiqз. ⁊ ꝑ qnqз portas videlicet ꝑ qnqз corpis ſenſuſ. ſ. viſū. auditū. guſtū. odoratū. ⁊ tactū. ſagittꝭ ſuiſ me vulnerat: ⁊ morſ itrat ꝑ feneſtras meas in aīaз meam. Reſpicit oculus. ⁊ mētis ſenſū auertit. Audit auris. ⁊ intentionē cordis inflectit. Odoratus cogitationē ī pedit. os loquit. ⁊ fallit. per tactū ardor libidinis ꝓ aliq̄ ꝑua occaſiōe excitat. ⁊ niſi illico reſpuatur ſubito totū corpꝰ occupat. vrit ⁊ incēdit. ꝑmo carnē modicū titillat. deinde delectatiōe turpi mentē maculat. ⁊ ad extremū per conſenſuз ꝑuitatis mentē ſubiugat. Porro diabolus. quem videre nō poſſum. ⁊ ideo minus ab eo mihi cauere. tetendit arcum ſuum: ⁊ in eo parauit ſagittas ſuas. vt ſagittet me. narrauit cōtra me. vt abſcōderet laqueos ſuos: ⁊ dixit. Quis videbit eos: Laqueū poſuit ⁊ auro. ⁊ argento. ⁊ in omnibus qbus abutimur: cum illis male delectamur. ⁊ illaqueamur. Nec ſolum laqueum poſuit. ſed ⁊ viſcum. Viſcꝰ eſt amor poſſeſſionis. affectus cognatiōis. cupiditas honoris. ⁊ carnis voluptas. quibus anima inuiſcatur. ⁊ irretitur. ne pennis contemplationis per plateas ſuperne ſyon volare poſſit. Sagitte diaboli ſunt. ira. inuidia. luxuria ⁊ cetera. quibus anima vulneratur. Et qs eſt ille. qui iacula eius ignea extinguere poſſit: Prohdolor his telis ſuperat ſepe aīa fidelis. Heu mihi qr vndiqз bella mihi video: vndiqз tela volant. vndiqз temptamenta. vndiqз pericula. quocunqз me vertam nulla ſecuritas eſt: ⁊ que mulcent. ⁊ que triſtāt. vel moleſtāt oīa timeo. eſuries. ⁊ refectio. ſomnus. ⁊ vigilie. labor ⁊ qes pugnāt cōtra me. Nō minus ſuſpectꝰ ē mihi iocus. quā ira. multos ſiqdē iocando ſcandalizaui. Nec minꝰ ꝓſpera vereor. q̄ȝ aduerſa. proſpera nāqз ſuauitate ſua me īcautū me faciūt ⁊ decipiunt. Aduerſa ꝟo qr aliqd amaritudinis habent velut potiōes amare me ſuſpectū: ⁊ timidū faciūt. Magis timeo malū qđ facio ī aſcōdito. q̄ȝ qđ ī apto. malū nāqз qđ nēo videt. nullꝰ repꝛhēdi:

⁊ vbi nō timet̄ rep̄henſor. ſecurus accedit tēptator. ⁊ facilius ꝑpetratur iniquitas. Nimirum vtrobiq; bellū. vtrobiq; periculū. vtrobiq; timendū. Et ſicut in hoſtili regiōe verſātibus hac illacq; circūſpiciēdum eſt. ⁊ ad oēm ſtrepitū circūagenda eſt ceruix. ſic caro ſuggerit mihi mollia. mundus vana. diabolus amara. Quia quotiēs carnalis cogitatio mentē meam īportune pulſat de cibo. ⁊ potu. de ſomno. ⁊ ceteriſq; ſimilibus ad carnis curā pertinentibus. caro nihil loquitur Cū de ambitione ſeculi. de iactantia. de arrogantia cogitatio vana in corde verſatur. de mundo eſt. Quando aūt ad iram. ⁊ iracūdiā. ⁊ amaritudinem animi prouocor. diabolica ſuggeſtio eſt: cui non aliter q̄ ipſi diabolo reſiſtendum eſt. nec aliter ab ea cauendum. quam ab ipſa dānatione. Demonum officium eſt ſuggeſtiones malas ingerere. noſtrum eſt illis nō cōſentire. Nam quotiens reſiſtimus. diabolum ſuperamus. angelos letificamus. deū honorificamus. Ipē.n. nos hortatur vt pugnemus. adiuuat vt vincamus. Certātes in bello ſpectat. deficientes ſubleuat. vincentes coronat.

Caro hominis vnde ſit ⁊ quid pariat. Capi. xv.

c Aro mea de luto ē. ⁊ ideo lutoſas. ⁊ voluptuoſas cohabitatōes ab illa habeo. vanas. ⁊ curioſas a mundo. a diabolo malas. ⁊ malitioſas. Iſti tres inimici me īpugnant. ⁊ ꝑſequunt̄. nunc quidē aperte. nunc vero occulte. ſemper aūt malitioſe. Diabolus nanq; plus cōfidit in adiutorio carnis. quoniam magis nocet domeſtic⁹ hoſtis. Illa vero ad ſubuerſionem meā cū illo fedus inijt: vtpote de peccato nata. ⁊ in peccato nutrita. vitijs corrupta ab ipſa origine. ſed multo amplius vitiata praua cōſuetudine. Hinc eſt ꝙ tam acriter ꝯcupiſcit aduerſus ſpiritum. ꝙ aſſidue murmurat. ⁊ impatiens eſt diſcipline. quia illicita ſuggerit. nec rationi obtēperat. nec inhibetur vllo timore. huic accedit. hāc adiuuat: hac vtitur tortuoſus ille ſerpēs hoſtis humani generis. cui nullū aliud ē deſideriū. nullū negocium. nullum ſtudiū. niſi perdere animas noſtras. Hic eſt q̄ iugiter malum machinat̄. argute loquitur. artificioſe ſuggerit. callide decipit. Illicitos motus inſufflat. ⁊ venenatas cogitatiōes inflāmat monet bella. nutrit odia. īcitat gulā. monet libidinē. deſideria carnis inſtigat. ⁊ peccati occaſiones parat. ⁊ mille nocendi artibus corda hoīum pulſare nō ceſſat. Hinc eſt ꝙ baculo noſtro nos cedit. ⁊ manus noſtras proprio cingulo ligat. vt caro que data ē nobis in adiutorium. fiat nobis in ruinā ⁊ ſcandalum. Grauis lucta. ⁊ graue periculum eſt aduerſus domeſticū hoſtem pugnare. maxime cum nos aduenimus. ⁊ ille ciuis. ille ſuā inhabitat regionem. nos exules ſumus ⁊ peregrini. magnum quoq; diſcrimen eſt aduerſus diabolice

fraudis aſtutiá taz crebros imo cõtinuos ſuſtinere ꝯflictus: quẽ aſtutũ fecit tã natura ſubtilis: ꝙ lõga exercitatio malicie huius.

Deprecatio pro ſeipſo. C.xvi.

E Ripe me ꝺ inimicis meis deus meus ⁊ ab his qui oderũt me: qm̃ confortati ſunt ſuper me. Ego vero qui vſqꝫ ad hunc diem cõtra me vixi iam ꝑ tuá gratiá mihi viuere incipiá: ſic eniꝫ in hoc mũdo viuere debemꝰ: vt cum corpus ceperit a vermibꝰ deuorari in ſepulchro: anima letetur cum ſanctis in celo. Illuc ſpiritus dirigẽdus eſt: quo eſt iturus: illuc feſtinare debemus: vbi ſemper viuamus: ⁊ vbi mori amplius nõ timeamus: ſi ſic amamus iſtam labilem: ⁊ caducam vitam: vbi cũ tãto labore viuimꝰ: vbi comedẽdo: bibendo: dormiẽdo vix carnis neceſſitatibus ſatiſfacimꝰ: multo magis amare debemus vitá eternaꝫ: vbi nullũ laborẽ ſuſtinebimꝰ: vbi ſũma ſemper iocunditas: ſumma felicitas: felix libertas: ⁊ felix beatitudo: vbi ſimiles erũt homines angelis dei: ⁊ fulgebunt iuſti: ſicut ſol in regno patris eoꝝ. Qualis putaſ tũc erit ſplendor animaꝝ: qñ ſolis ſplendorẽ habebit lux corporum? Nulla erit ibi triſtitia: nulla águſtia: nullus dolor: nullus timor: nullus ibi labor: nulla mors: ſed ꝑpetua ſanitas ſemper ibi perſeuerat. Non ſurgit ibi malicia: nec carnis miſeria: nulla eſt ibi egritudo: nulla omnino neceſſitas: nõ eſt ibi fames: nõ ſitis: nõ frigus: nõ eſtꝰ: nõ laſſitudo ieiunij: nec vlla temptátio inimici: nec peccandi volũtas: nec delinquendi facultas. ſed totũ leticia. totũ exultatio poſſidet. homines quoqꝫ angelis ſociati ſine vlla carnis infirmitate in ꝑpetuũ manebunt. Ibi erit iocũditas infinita: beatitudo ſempiterna: in quá qui ſemel ſuſcipiẽ ſemper tenetur: ibi eſt requies a laboribus: pax ab hoſtibus: amenitas de nouitate ſecuritas ꝺ eternitate ſu[illegible]itas atqꝫ dulcedo de dei viſione. Et qs non illic habitare vehementer deſideret? ⁊ ꝓpter pacẽ. ⁊ ꝓpter amenitatẽ. ⁊ ꝓpter eternitatẽ. ⁊ propter dei viſionẽ. nullus eſt ibi ꝑegrinꝰ. ſed qcũqꝫ illuc venire merebunẽ ſecuri in ꝓpria patria manebunt. ſemꝑ leti. ⁊ ſemꝑ ſatiati de viſione dei. Et quanto plus aliqs hic deo obediẽs fuerit. tanto ampliorẽ ab eo mercedem ibi recipiet: quátoqꝫ amplius deum amabit. tánto propius videbit: quem cernere cupit.

De breui vita hominis. C.xvij.

D Ies hominis ſicut vmbrá ſuper terrá: ⁊ nulla eſt mora: ⁊ tũc ꝓpe nihil eſt: cum ſtare videẽ. Cur ergo theſaurizat ĩ terra homo. cũ ſine dilatiõe tranſeat. ⁊ illud qꝺ colligiẽ. ⁊ ipſe qui colligit? Et tu homo quẽ fructum expectas in mũdo cuius fructꝰ ruina eſt. cuius finis mors eſt? Utiná ſaperes. ⁊ ĩtelligeres. ac nouiſſima prudenter ꝓuideres. Scio quẽdá qui per annos plurimos tecũ familiariter vixit. ad menſam tuá ſedit. cibũ de manu tua ſumpſit. in ſinu

tas dormiuit: cum voluit tecū colloquium habuit: hic iure hereditario ſeruus tuus eſt. ſed q? ab ineūte etate delicate nutriſti eum: ꝛ ꝑge pepercisti: cōtumax effectus eſt: leuauit calcaneū ſuū ſuper caput tuum: ꝛ te in ſeruitutem redegit: ꝛ tui crudeliter dominaꝰ. Sȝ fortaſſe dices quis eſt hic: vetus homo tuus: qui cōculcat ſpiritū tuū: qui pro nihilo hȝ terrā deſiderabilem: q ſola que carnis ſūt ſapit. Homo iſte a natiuitate cecus ē: ꝛ ſurdꝰ: mutus: inueteratus dieꝝ malorū: rebellis virtuti: ꝛ veritati: inimicꝰ crucis chriſti deridet innocentē: et ſimpliciter tranſeuntē: ambulat in magnis: ꝛ imirabilibꝰ ſupra ſe: arrogantia eius eſt pluſq̈ fortitudo eius: nullū reuereꝰ: dicit inſipiētia ſua non eſt deus: tabeſcit bonis: ꝛ malis paſciꝰ alienis. imundis cogitationibus paſciꝰ: nō fatigabiꝰ i illis tranſgrediens vſq; ad finem: diſpergit. ꝛ diſſipat propria ſicut pdigꝰ: cupit ꝛ rapit aliena ſicut auarus. turpitudinem ꝛ ignominiā cōgregat ſibi ſimulās. ꝛ callidus prouocat iram dei. Homo iſte totus in peccatis natus eſt: ꝛ ſic nutritꝰ amicus iniquitatis: filius mortis. vas ire in cōtumeliā: factus ad interitum. Qui cum talis ſit: enarrat iuſtitias dei: ꝛ aſſumit teſtamētuȝ eius per os ſuū. Odit diſciplinaȝ: proijcit dn̄m ſuū poſt dorſum ſuū: cū videt furem currit cū eo: ꝛ cum adulteris portionē ſuā ponit. Aduerſus filiū matris ſue ponit ſcandalū: ſup te etiā theſaurizat iram in die ire: vult a te hereditatē tuā tollere: ꝛ deſuper terrā auferre. et tu tantā iniuriam nō vindicas ſȝ diſſimulaſ. nec ei verbū duꝝ loqueris. nec vultū iratum oſtēdis. ſed blandiēſ tibi arrides: Ludis cuȝ illuſore. neſcis quia iſmael eſt. qui tecum ludit: Ludus iſte nō ē puericie. nec ſimplicitatis. vel innocentie. ſed illuſio eſt anime. ſed perſecutio: ſed mors. Jam te in foueaȝ: quā fecit. precipitauit. iam effeminatus es. iā iugo miſerrime ſuitutis preſſus. ſub pedibus eius. miſere ꝛ viliter conculcaris.

¶ O miſer ꝛ miſerabilis hō. qs te liberabit de vinculo improperij huius: Exurgat deus ꝛ cadat armatus iſte: cadat ꝛ conteraꝰ inimicꝰ: idem tēptator dei cultor ſui: amicꝰ mūdi. ſeruus diaboli. Quid tibi videꝰ: ſi recte ſentis mecū. dices reꝰ ē mortis. crucifigaꝰ. Noli ergo diſſimulare. noli differre. noli pcere. ſȝ feſtinanꝰ. audacter inſtanꝰ crucifige hoīem iſtū. Sed cruce chriſti: in qua ē ſalus: ꝛ vita: ad quē ſi ex corde clamaueris. crucifixus tuus audiet te benigne reſpondēs. Hodie mecū eris in paradiſo. O xp̄i pietas. o inopinata ſalus mihi. Tam gratuita ē: ꝛ probata dilectio dei: tam ſtupenda dulcedo: tā inopinata dignatio: tā inuicta māſuetudo vt. q ad eū clamauerit exaudiat illū: qm̄ miſcors ē. O q̄ta ē miſericordia dei. quā in effabilis mutatio dextere excelſi. Heri eras in tenebris. hodie in ſplēdore lucis. heri in ore leonis. hodie in manu mediatoris

heri in porta inferni hodie in deliciis paradiſi. Sed qd ꝓſunt he litere admonitionis. niſi deleas d libro ꝯſcie tue litteras mortis? Quid proſunt hec ſcripta.lecta ⁊ intellecta.niſi temetipſuȝ legas ⁊ intelligas? Da ergo operā interne lectōni.vt legas inſpicias. ⁊ cognoſcas teipm̄.legas vt diligas deū. vt pugnes.⁊ vincas mūdū ⁊ oēm inimicū:quatenus labor ꝯuertatur ī requiē.luctus in gaudiū. ⁊ poſt tenebras huius vite videas ortum ſurgentis auroꝛe. Uideas etiā meridianū ſoleȝ iuſtitie.in quo ſponſuȝ cum ſponſa proſpicies.vnum eundemqȝ dominum glorie.qui viuit. ⁊ regnat per infinita ſecula.

¶ Diui Bernardi abbatis de interiori domo.i.ꝯſcia edificāda tract.

Domus hec.in q̄ habitam⁹ ex oī pte ſui ruinā nobis minat̄. Idcirco q: ibreui ē caſura.alia nobis ē edificāda. Redeamus ergo ad nos. et diſcutiamus ꝯſcientiā noſtrā. Naȝ ſicut corpus noſtrū tabernaculum dicit̄:in quo militamus: ſic conſciētia noſtra domus vocat̄. in q̄ poſt militiā requieſcimus. ⁊ ille recte militat.qui per militiā. quam exercet in corpe:domū edificat ꝯſcientie. Diligenter exerce agrū tuū ait ſapiens:vt poſtea edifices domū tuā. Ager iſte corpus noſtrū eſt. cuius ſenſibus ⁊ motib⁹:ſic recte vtimur animiqȝ impio eos ſubiiciētes ad vſum virtutis inflectimus. dū corpus animo indeſinēter. ⁊ animus deo ex toto ſubicitur. His nimiruȝ modis interior cōſciētia edificat̄. quā vtiqȝ bonā faciūt preteritorū maloꝛū ꝯdigna ſatiſfactio.⁊ inſtantium maloruȝ cauta:prouidaqȝ declinatio. Condigna ſatiſfactio eſt mala facta corrigere.⁊ correcta nō reiterare. Conſcientia vero perpetua eſt.que nunq̄ꝫ finitur. ſicut nec anima. Que cum ſit immortalis.ſicut non poteſt non eſſe anima: ſic nunq̄ꝫ poteſt eſſe ſine conſcientia. Conſcientia nāqȝ eſt in ſeparabilis gloria.vel confuſio vniuſcuiuſqȝ ꝓ qualitate depoſiti.

Conſcientiam prius eſſe mūdā q̄ꝫ edificandam.capit.i.

Hec ergo conſciētia in qua anima perpetuo menſura eſt edificanda eſt. ſȝ prius mūdanda. Et quis eā mundabit? profecto deus.⁊ homo.hō ꝑ cogitationes.⁊ affectiones. deus vero per miſericordiā.⁊ grām. Cogitatiōes: ⁊ affectiōes neceſſarie ſunt in conſcientie mūdatiōe. cogitationes in inueſtigatiōe veritatis. affectiōes in exercitatiōe virtuꝫ. Porro miſericordia mō delet peccatum. mō dat virtutē reſiſtēdi pctō. nūc ſubtrahit peccandi occaſionē.nūc imittit amaritudinē plerūqȝ ſanat affectioneȝ.gratia adiuuat ad bonum defendit contra malum:erudit ad vtrūqȝ diſcernendum. Homo igitur per veritatem ſtimulatus peccata ſua ꝯfitet̄:de⁹ āt ꝑ miſericordiā flex⁹ cōfitēti miſeret̄. Dis nāqȝ ſpes venie:⁊ miſericordie in cōfeſſione eſt.nec pōt qs iuſtificari a

peccato niſi prius fuerit confeſſus peccatum. Ex eo. enim vnuſquiſq; iuſtus eſſe incipit. ex quo ſui accuſator extiterit.

De miſericordia ⁊ veritate ⁊ de oſculo pacis ⁊ oſculo iuſticie. c. ij.

f Elix conſciētia: in qua miſericordia: ⁊ veritas obuiauerunt ſibi: iuſtitia. ⁊ par oſculate ſunt. Ueritas ꝯfitentis. et miſericordia miſerētis obuiauerūt ſibi: qm̄ nō pōt illi miſericordia deeſſe. qui ſe cognoſcit in veritate. Oſculū iuſtitie eſt inimicos diligere: parētes. ⁊ propria queq; ꝓpter deum relinquere: illatā iniuriaꝫ patienter ferre. oblatā gloriā vbique declinare. Oſculum pacis eſt odiētes inuitare ad pacem: diſcordantes ad concordiā reuocare: aduerſarios pacifice ſuſtinere. errantes pie. ⁊ benigne docere: merentes clementer mulcere. ⁊ cum omnibus pacem habere.

De ſtatu anime in chriſto cōſirmate. capitu. iij.

b Eata illa anima que in pace chriſti fundatā eſt. ⁊ in dei amore ſolidata: que cū exterius bella patitur: par interius nō turbatur. In qua quecūq; moleſtie foris perſtrepant. vſq; ad ſilētium interne quietis nō irrūpunt: quoniā guſtu interne dulcedinis tacta eſt intus per deſideriū collecta. nec ſe iā foris enormiter in carnis voluptates diſſoluit: q2 totum intus poſſidet: in quo delectatur: atq; ita in ſemetipſa pacificata. dū nihil eſt q̄d foris appetit: tota per amorem intus requieſcit. ⁊ cū tota ad internū gaudium colligitur ad imaginem. dei reformat̄ quam in ſe veneratur. Talē animā frequēter viſitant angeli. atq; archangeli: ⁊ honorificant: vtpote dei templum. ⁊ ſpūs ſancti habitaculū. Eſto igit̄ templū dei: ⁊ deus excelſus habitabit in te. Anima. n. deū habens in ſe templum dei eſt: in quo diuina myſteria celebrant̄.

Dedignatur deus viſitare eam animā que nō ſtudet in ſe conſiſtere capitu. iiij.

p Orro anima: que non ſtudet in ſe conſiſtere: nec in amore dei deſideriū figere per oculos: ⁊ aures: alioſq; corporis ſenſus foras egredit̄. atq; ī his exterioribus delectat̄. Sed q̄d erit cū inuenerit portas iſtas clauſas: tunc rediens ad ſe. ⁊ videns ſe nudam: ⁊ deſolatam inextimabili cōfuſiōe. ⁊ horrore cōcutiet̄. Et quia mūdi conſolationē queſiuit: illam que a deo intus in ꝯſcīa dat̄ non habebit. Et nō ſolū eā dedignabit̄ deus viſitare. ſed nec ipſa quidem male ſibi ꝯſcia ſeipam poterit tolerare. Requiē in ſe nō poterit habere: qm̄ illū derelīq̄t cū quo habitare: ⁊ requieſcere debuit. Cogita ergo in ſocietate alioꝝ nūc poſit⁹: q2 nō poteris ſemꝑ manere cū illis. Et īterim elige tibi ſociū illū. q cū ſubtracta tibi fuerint hec oīa tibi fidē ꝓbabit: q dilectorib⁹ ſuis fidē ſeruat. nec recedit in tpe anguſtie. deus deus tuus ille eſt. quem eligere debes.

Qđ aīa volēs deū habitare in
ſe dʒ ab illicitis cogiatationibus
mūdare ſciam ꝛ ſolū deum deſide
rare.capitu.v.

O Mnes igit̄ cordis diſtra
ctiones ꝛ mētis fluctuatio
nes in vnū collige.ꝛ ī ſolo
deo totū deſideriū tuū fige.ꝛ ibi ſit
coꝛ tuū vbi eſt theſaurus tuus de
ſiderabilis:multūqꝫ amabilis.Ip
ſe.n.frequēter viſitat:ꝛ libenter in
habitat trāqllitatē cordis:ꝛ otiuꝫ
quiete mētis:qm̄ pat eſt.ꝛ in pace
fact⁹ eſt locus eius. Propterea ta
lem te ꝑpara.vt tecū adſit de⁹.ſit
in oꝛe.ſit in coꝛde ſemꝑ tecū eat.te
cum redeat:nec recedat a te nunq̄
ille te dimittet.niſi prioꝛ illū dimiſe
ris. Vbicūqꝫ fueris nūq̄ ſolus eſſe
poteris ſi deus tecum erit.

Conſciētia mūdata aduentum
xp̄i expectare debem⁹.capi.vi.

M Unda igit̄ ꝯſciam tuā: et
ſemꝑ paratus eſto. Vt qua
cunqꝫ hoꝛa venerit dn̄s.ꝛ
tecū habitare voluerit:paratā ſibi
in te inueniat manſionē.Ipe nāqꝫ
dixit facite mihi ſanctuariū.ꝛ ego
habitabo in medio veſtri.Studea
mus ergo tēplū deo edificare ī no
bis primo qdē vt in ſingulis nobiſ
deinde vt in oib⁹ ſimul inhabitet
qꝛ nec ſingulos dedignabitur.nec
vniuerſos ꝑmo igit̄ ſtudeat vnuſ
qſqꝫ ne diſſideat ipſe a ſemetipſo:
quoniam oē regnuꝫ in ſeipſum di
uiſum deſolabit̄.ꝛ dom⁹ ſupꝛa do
mū cadet.nec intrabit xp̄s.vbi pa
rietes inclinati fuerint.ꝛ macerie ꝺ
pulſe. Vult habere aīa coꝛpis ſui
domū integrā.ꝛ exire eā neceſſe ē:
ſi fuerit a ſe inuicē mēbꝛa diſperſa
Videat igit̄ ꝛ ipſa ſi deſiderat xp̄ꝫ
per fidē inhabitare in coꝛde ſuo.i.
in ſe ipſa videat.ꝛ ſollicite caueat:
ne a ſe inuicē mēbꝛa ei⁹ diſſideāt.i.
ratio voluntas.ꝛ memoꝛia.Dignū
habitaculū parat deo cuius nec ē
ratio decepta.nec volūtas ꝑuerſa
nec memoꝛia ingrata.felix illa ani
ma eſt.q̄ ita domū coꝛdis ſui ſic de
peccatoꝝ ſoꝛdibus ſtudet emūda
re.ꝛ ſanctis.ꝛ iuſtis operib⁹ adim
plere.vt in ea nō ſolū angelos veꝝ
ēt dn̄m angeloꝝ habitare delectet
Mundata domo:cunctiſqꝫ ma
lis ab ea excluſis oībus bonis im
pleat̄.ne ſit nobis neceſſariū aliqđ
foꝛis querere.qꝛ omnia foꝛinſeca
reliquimus.

De ſeptē colūnis erigendis ađ
edificandā domū ꝯſcientie.ca.vij.

S Apiētia ꝗ edificet ſibi do
mū.erigat colūnas ſeptē q
bus tota fabrica īnitat̄.do
mus ē ꝯſcia colūne ſūt:bona volū
tas.memoꝛia.ſ.memoꝛē eē bn̄ficio
rū dei:coꝛ mūdū.anim⁹ liber.ſpūs
rect⁹:mens deuota.rō illuminata.

Erectio pꝛime columne que eſt
bona voluntas.capitu.viij.

P Rima igit̄ colūna prioꝛ eri
gat̄.Nā inter oīa dei dona
q̄ ad ſalutē hoīs ſpectare
vident̄.Primū ꝛ principale bonū
bona volūtas eē cognoſcit̄.ꝑ quā
imago ſimilitudinis dei in nob re
parat̄.Primū ē qꝛ a bona volūta
te bonū oē inchoat̄.pꝛincipale eſt.
qm̄ bona voluntate nihil hoībus

vtilius daẗ. Quicquid hō facit bonū eſſe nō pōt.niſi ex bona voluntate ꝓcedat. Sine bona volūtate omnino ſaluari qſpiam nō pōt.cū bona volūtate nemo ꝑire pōt. Uoluntas bona nec dari pōt inuito. nec auferri niſi volēti. Uoluntas hoīs ē poteſtas dei volūtas hoīs eſt.qꝛ velle in volūtate hoīs eſt:et ideo totū meritū in volūtate ē: ꝗ̄tū vis tm̄ mereris.ꝗ̄tū creſcit voluntas tua bona.tm̄ creſcit meritū tuū:fac igiẗ magnā bonā voluntatē tuā ſi vis habere magnū meritū Ita deus.vt pyſſimus:ꝛ miſericoꝛdiſſim⁹,pꝛ ī eo redēptionē nr̄aꝫ poſuit:in quo nullus niſi velit poteſt egere. Amare nāqꝫ hoīes equaliẗ poſſunt.ꝛ diuites.ꝛ pauperes.etiā ſi peccuniā equaliter dare nō poſſunt. Uoluntas tamē bona nō eſt: ſi non operaẗ qđ poteſt.

De ſecunda colūna que eſt memoria beneficioꝝ dei.capi.viiij.

r Recoꝛdemur ergo miſericoꝛdiarum dei:vt ſic accendamur in eius amoꝛē. reuocemus ad memoꝛiā bona.que tribuit nobis qūo in ꝑiculis ſepe ꝯſtitutos clemēter nos eripuit.nec vnꝗ̄ peccatis nr̄is quominus miſereẗ: vinci potuit:oblitos ſui ꝺ ſe admonuit.auerſos a ſe reuocauit.veniētes ad ſe benigne ſuſcepit penitētibus indulſit:ꝑſeuerātes cuſtodiuit ſtantes tenuit lapſos erexit malas delectatiōes in amaritudinē ꝯuertit.ꝛ rurſus ſalubꝛiter amaricatꝭ cōſolatiōes ſuas tribuit. Poſtremo tribulatione purgatis getē.ꝛ pacē perfectā reſtituit.q̄ nec peccātibus vnꝗ̄ defuit:vt coꝛrigeret.nec iuſtis vt cuſtodiret. Recogitem⁹ quanta bona deus fecit nobis. nō rogantibus neqꝫ deſiderātib⁹.imo recuſātibus: ꝛ ꝗ̄ multa peccata dimiſit nobis.ꝛ a ꝗ̄tis periculis liberauit nos liberatoꝛ.deus. Quā magna dignatio pietatis fuit.qđ ingratos ꝛ in multis ꝯtrarios.a tā multꝭ peccatis cuſtodiuit nos dei gr̄a: ī que potuimus cadere:ſicut in alia multa cecidim⁹. Idcirco ſicut nulluꝫ ē momētū i quo ſi vtamur vel fruamur dei pietate.ꝛ miſericoꝛdia:ſic dꝫ nullū eē momētū.in quo eū pn̄tem nō habeamus in memoꝛia.

De tertia columna que eſt coꝛ mundum.capi.x.

s Sequiẗ vt eū.a quo tāta beneficia accepim⁹ toto coꝛde diligam⁹.hoc ē tota cogitatiōe:tota affectiōe:ſine defectione:ſit coꝛ rectū.vt ei ꝑ oīa placeat deus.ſit rectū rectitudine intentiōis:excluſiōe ꝑuerſe cogitationis aſſiduitate ꝯtēplatiōis:ſit paratuꝫ ſeq volūtatē dī.in ꝗ̄cūqꝫ ꝑtē inclinari eā cognouerit. Sit ſurſum ad ſola celeſtia.ꝛ diuina ꝯtēplāda.et deſiderāda:ſit purū:vt nihil moꝛari intra ſe patiaẗ mali.nec modicū qdē offēdiculū tollerabile reputet aut ī ꝯſcia ſua.aut ī alieā.ſit dulce dulci rn̄ſione.ſuaui admonitōe.benigna reꝑhenſiōe.moderata coꝛrectiōe.ſit mūdū:vt totius imūdicie ſpurcicias reſpuēs cogitationū ſic actionū pctā deploꝛet: defleat pꝛo ſua miſeria.ꝛ aliena. Lugeat ſi ſolū

ſua delicta.ſ; ēt aliena . cõpungat̃ ꝑ malis.q̃ cõmiſit.ꝛ bonis.que neglerit.

De aio libero q̃rta colũ.cap.xi.

Animus ꝟo ſi liber a mũdi ſollicitudinib⁹:a carniſ voluptatib⁹.a prauis cogitationib⁹.vt poſſit cũ voluerit aut ſibi ĩtẽdere.aut vtilitati fratrũ minĩſtrare.aut in ꝯtẽplatiõe celeſtiũ regeſcere.ſit firm⁹ vt nulla repẽtina ꝑturbatiõe ꝯcutiat̃ ñ capiat̃ illecebris. nõ frãgat̃ moleſtijs.nulla ira nulla ĩpatiẽtia pacẽ.qetẽq; animi turbare poſſit.q̃m xp̃s pax eſt. ꝛ in pace regeſcit pacis amator ꝛ ĩ ꝑturbato aĩo habitare non põt.Sit ꝯſumat⁹ in dei dilectiõe.hoc.n.eſt diligere deũ illi occupare aĩum.cõcipere fruẽde viſiõis ei⁹ affectum. hĩc peccati odiũ.mũdi ꝯtẽptũ.diliger̃ ꝓximũ:quẽ ipẽ cẽſuit diligẽdũ

De recto ſpũ colũua. v.cap.xij.

Spiritus aũt ſit rectus ab oĩbus terrenis. ꝛ p̃ntibus ꝓrſus auerſus.ꝛ deo inſeparabiliter iũctus ꝛ vnit⁹.pia duotiõe aſcẽdat.ꝛ viſitet ſupnas ſedeſ ꝛ multas.q̃ in domo p̃ris ſunt mãſiones.hũilit ſe ꝓſternẽs añ tronũ dei:ꝛ agni.currat ꝑ plateas ſupne ſyon:audiat illud melos angelorũ ꝛ cũ reuerẽtia ſupplicet cũctis ordinib⁹ beatoꝝ ſpirituũ.ſingulis ꝓ ſe.ꝛ ſimul oĩbus ſe cõmẽdãs.Tantã ꝟo gr̃a; ñ mereĩ accipe aĩus.q ĩ ſui cognitõe diu exercitat⁹ .ꝛ plene eruditus nõ eſt fruſtra.n.cordis oculũ erigit ad videndũ deu;.qui nõdum idoneus eſt ad videndum ſeipſum. Prius.n.neceſſe eſt vt cognoſcas inuiſibilia ſpũs tui:q̃ poſſis ee idone⁹ ad cognoſcẽda inuiſibilia dei.Et ſi nõ potes cognoſcer̃ te:nõ preſumas apprehendere ea: que ſunt ſupra te.

Rationalis animus ſpeculũ eſt ad videndũ deũ.cap.xiij.

Recipuũ ꝛ ꝑncipale ſpecu lu; ad vidẽdũ deũ ẽ aĩus rõalis ĩueniẽs ſeip̃;.Si.n. inuiſibilia dei ꝑ ea q̃ facta ſũt ĩtellecta conſpiciũtur.vbi queſo q̃ in eius imagine cogitatõis eius veſtigia exp̃ſſius imp̃ſſa repiunt̃: Tergat ergo ſpeculũ ſuũ:mũdet ſpũm ſuũ q̃ſq; ſitit videre deũ ſuũ.Beati mũdo corde:q̃m ipſi deum videbũt.Hoc ſpeculũ verus penitẽs ñ ceſſat quotidie inſpicere:tergere:tenere:ꝛ cuſtodire.Inſpicere ſi aliqd ĩ eo repiat:qđ deo diſplicet.Tergere nõ ſolũ peccata actionũ:verũ etiã cogitationũ. vt nihil in eo remaneat.qđ deũ offendat. Tenere ne deorſum corruẽs terre ꝑ amorẽ inhereat.ꝛ ne inaniũ cogitationu; puluere ſordeſcat.Cuſtodire vt ille cuius tabernaculũ ẽ cũ hoĩb⁹ cui⁹ delicie ſunt ee cũ filijs hominũ qui ad oſtium ſtat ꝛ pulſat: quacunq; hora intrare voluerit.receptaculũ mundum inueniat.deus enim.qui mundicie amator eſt cor pollutum habitare non poteſt.

De illuminatõe animi. ca.xiiij.

Xterſo igitur ſpeculo.ꝛ diu diligent̃ inſpecto:incipit ei queda; diuini luminis claritas influcere

⁊ immēſus quidā inſolite viſionis radius oculis cordis apparere. Ex huius luminis viſiōe anim⁹ inflāmatus icipit mūda cordis acie ſuperna. ⁊ interna ꝯſpicere. deū diligere. deo inherere. cūcta: q̄ adſunt tanq̄ nō ſint ꝯſiderat. cūctis ſuis affectionibus renunciat: ⁊ totus ſoli incumbit amori: ſciens ſoluꝫ illū eſſe beatū: qui deum amat. Porro ad tātā gratiā nūquā ꝑtingit mēs per ꝓpriam induſtriā: dei donū ē hoc: nō hoīs meritū. Sꝫ abſq; dubio talē: ac tantā gratiā ille accipit qui deſerit curā ſeculi. ⁊ agit curaꝫ ſui: q ſtudet ſe frequēter cogitare. ⁊ diligent agnoſcere qd ipſe eſt. Redi ergo ad cor tuum: ⁊ diligēter diſcute te ipſum. ꝯſidera vnde venis quo tendis: quomdoo viuis: quid agis: quid amittis: quātū quotidie ꝓficis. vel quātū deficis. qbus cogitationib⁹ magis incurſaris: quibus affectiōibus frequētius tāgeris: vel quib⁹ tēptationū maculis a maligno ſpū acrius īpugnaris: Cū totū interioris. exterioriſq; hominis ſtatū ⁊ habitū in quātū poſſibile eſt plene cognoueris: ⁊ nō ſolū qualis ſis: verū etiā qualis eſſe debueras: de cognitione tui poteris ſubleuari ad cōtemplationem dei. Quātū nāq; quotidie in cognitione tui ꝓficis: tantum ad altiora ſemꝑ tendis. Si iam aſcendiſti: iaꝫ ad cor tuū rediſti. nec hoc ſufficiat tibi: diſce ibi habitare: ⁊ māſionem facere: ⁊ qualicūq; mētis vagatione inde abſtract⁹ fueris: illuc ſemꝑ redire feſtina. Abſq; dubio ꝑ multū vſuꝫ qn̄q; tibi vertet in oblectamentū: in tm̄ vt abſq; vlla laboris difficultate poſſis ibi aſſiduus eē: qn imo pena tibi potius ſit alibi: quā ibi morā aliquam facere.

Repellende ſunt vane cogitatōnes a corde. capi. xv.

Si ergo ꝑſenſeris deſideria tua circa exteriores delectatiōes affici: ⁊ cogitationes tuas iugit in eis occupari: cuꝫ magna ſollicitudīe cōpelle eas nec ꝑmittas ad cor tuū intrare. ſꝫ redi ad cor tuū. ⁊ ibi intrare. ⁊ habitare omnimodo ſtude.

De duota mēte colūna ſexta. c. xvi.

Mens. n. q̄ ſe ad ſui ꝯſiderationē n̄ ſubleuat. ſꝫ adhuc ꝑ varia deſideria ſpargit: ⁊ varijs cogitationib⁹ huc illucq; diſtendit. nō pōt ſeipaꝫ in vnū colligere. q2 nōdū nouit ad ſeipam intrare. ſꝫ ad huc in imo ē cogitatōe: ⁊ ꝯuerſatiōe. Iōq; non pōt. ad ea: q̄ ſupra ipaꝫ ſunt penna ꝯtēplationis euolare: Diſcat ergo diſpoſitiones cordis ꝯgregare. aſſueſcat ī interais ſuis īmorari. ſtudeat euagatiōes mētis reſtringere. ⁊ exteriora oīa obliuiſci. Diſcat ſola bona interiora amare. ⁊ illa frequēti⁹ cogitare: q ad celeſtiū ꝯtemplationē anhelat. q in diuinoꝝ notitiā ſuſpirat cūq; ſe diligenter attenderit. ⁊ diutius queſierit. cū tandeꝫ inuenerit qualis ſit: reſtat vt reuelatione diuina cognoſcat qualis eſſe debeat quale mentis edificium deo ꝑpparare. ⁊ quibus obſequijs eū placare oporteat.

Poſt cogitationes cor eleuatur ſupra ſe.c.xvii.

q Ui ita euagationes mētis ī vnū colligit.⁊ oēs cordis motus in vno eternitatꝪ deſiderio figit: pfecto iā ad cor ſuum redijt:⁊ iā ibi libēter moraꝛ: ac mirabiliter delectaꝛ. Et cū ſeipſuꝫ pre gaudio iā capere nō poſſit. ſupra ſeipm duciꝛ.⁊ per exceſſuꝫ mentis ad ſumma eleuaꝛ.atqꝫ ita per ſeipſuꝫ ſupra ſemetipſuꝫ:p cognitioneꝫ ſui ad cognitionē dei aſcendit. vt diſcat ſolum deū amare.⁊ ipſuꝫ indefinenter cogitare.⁊ in eo delectabiliter requiſcere.

¶ Cum ſic amor chriſti totū abſorbuerit affectum hoīs.vt negligēs: ⁊ immemor ſui nō niſi ieſuꝫ xpm.⁊ ea.q̄ ſunt ieſu chriſti ſentiat. tunc demū:vt arbitror:pfecta ē in eo caritas.huic itaqꝫ.q ſic affectus ē:nō eſt onoroſa paupertas.iſte nō ſentit iniurias:ridet obprobria. contēnit dāna.mortē lucrū reputat:imo nec mori ſe putat:cū magiſ de morte ad vitā tranſire ſe ſciat. Quē ſic amor dei intrinſecus ligatū tenet: nec ad modicum qdeꝫ exire exterius valet.ſed interius in eius deſiderio.flagrat tanto amplius.quanto familiarius. ⁊ eo vehementius quo frequentius.

De raptu cordis ⁊ quid in eo raptu videatur.cap.xviij.

q Ui ſic in amore dei iugiter delectaꝛ. frequenter mētis exceſſus patiꝛ.ab omnib⁹ pñtib⁹: ⁊ terrenis raptus.corā deo preſentaꝛ.⁊ dum pulchritudinē ei⁹ cōſiderat magnitudīe pulchritudinis eius attonit⁹.tot⁹ in eius admiratione ſuſpendiꝛ. Miraꝛ regis gloriam.regni magnificentiā. ſupne ciuitatis nobilitatem.⁊ ciuiuꝫ felicitatē.contemplatur etiā glorie decorem.dei bonitatē.interne ſuauitatis dulcedinem.⁊ eterne quietis tranquilitatē. Meditaꝛ patris potentiam:filij ſapientiam ſpirit⁹ ſancti benignitatem.⁊ angelice nature beatitudinem.delectaꝛ de deo. in deum.dum eius pietatem miratur.⁊ decoreꝫ contēplatur. O quā iocundum ſentitur. ſi non eſſet taꝫ modicum.raptim rapitur. duꝫ ſola celeſtia contēplatur.⁊ contemplando iocundatur. Sed cum ibi ſtare diutius conatur.ſubito labitur. et rediens ad ſe nulli poteſt intimare quod vidit ſupra ſe. ſed agnitione ſuauitatis illectus guſtate dulcedinis ſuauitatem.⁊ illam celeſtem infuſionem letitie ſpiritualis intra ſe metipſum miraꝛ. Reuoluit etiaꝫ in corde ſuo tacita mente in corporee lucis claritatem.⁊ intime ſatietatiſ ſaporem.⁊ illud interne quietis ſecretum.⁊ ſumme trāquillitatis arcanum. In huius contemplatione contemplationiſqꝫ dulcedine.mēs delectabiliter afficitur. ⁊ mirabiliter delectatur. Volet ergo. ⁊ nō deficiat.volet donec ante regem perueniat.ibiqꝫ ploret.⁊ ſuſpiret. macetetqꝫ ſe in lacrimis.deprecetur veniam.poſtulet gratiam.nec inde recedat.quouſqꝫ deū.quē nimiū offenderat placatum ſentiat.⁊ ab eo conſolationem recipiat.

Illuminata ratio columna ſeptima.capitu.xviij.

D Eniq; ratio p mētis exceſſuz in contemplationē ſublimium ſubleuata: ⁊ in diuine contemplationis arcanum rapta atq; ibi illuminata ad cognitionē veritatis. ⁊ veri luminis inflāmata. ad deſiderium bonitatis omnes illicitas voluptates. affectiones: ⁊ vagas memorie cogitationes. cordis diſperſiones: animi fluctuationes: ſpiritus euagationes: ⁊ mentis diſtractiones in vnum colligit. atq; i illo felicitatis fonte: totum ſuū deſiderium figit. locum ſuperiorez ratio ſemper obtineat: nulluſq; mot⁹ aduerſus eam ſit rebellis. ſed oīa ei obtemperent: ſicut ſi ipſa obtemperat deo. Si vero aliquē motū ad id: qd nō debet: vel quomodo non debet moueri ſenſerit: nō cōſentiat ſed illico reſiſtat. Nā ſol⁹ ꝯſenſus reos nos facit: etiā ſi aliqd īpediat ne opera ſubſequātur. Tūc.n. anima mori ſicut ſcriptum eſt dicitur. cum ipſa ratio ad peccatum p conſenſum curuatur. Anima eniz. que peccauerit ipſa morietur. Reſiſtat ergo. ne moriatur. pugnet vt coronetur. Moleſta ē lucta ſed fructuoſa: q2 ſi habet penam adhibet ⁊ coronā. Non nocet ſenſus: vbi nō ē cōſenſus. imo quod reſiſtentem fatigat: vincentem coronat.

Quomodo edificatur bona cōſcientia capitu.xx.

H Ic nimirū. ſic edificatur bona ꝯſciētia. bona ꝯſcientia ē: q peccata pterita punit. ⁊ punienda cōmittere refugit: q ſi peccatū ſentiat. peccato nō cōſentit: quā ſi cogitatio inqnat. ratio lauat: Recta ꝯſciētia eſt cui ſuū peccatū. diſplicet. ⁊ alieno nō ꝯſentit. nec ꝓpter hoc peccatorē dimittit nec eius peccatuz diſſimulat. ⁊ cuz corripit: nō inſultat. Tranquilla ē q2 omnib⁹ ē dulcis: ⁊ nulli grauis: vtens amico ad grām: inimico ad patientiā: cunctis ad beniuolētiā: ⁊ quib⁹ pōt ad beneficentiā. Talibus. n. domus anime edificatur. ꝙ ſi forte: vt fieri ſolet: fur aduenerit. q non venit niſi: vt furetur. ⁊ mactet ⁊ pdat. ſi inqꝫ fur venerit. i. vel cordis elatio intrinſecus oriēs: vel appetitus humane laudis extrinſec⁹ adueniens: ſeu aliqua quelibet peſtis. q domū iſtā machinetur pfodere: tunc ipſa quaſi canis theſauruz cuſtodiēs euigilet. latret. mordeat. ⁊ iugulet irruēs in hoſtes nemini parcat. Nullū intrare pmittat: ſed clamet. ⁊ excitet intus habitantes ad arma capeſcenda. Vnūquodq; vitiū ſiue clam: ſiue palā nocere temptauerit. ꝓcul illud arceat: ut ſit ſecura ꝯſcia. Secura eſt quā accuſationē nō patitur. vel ꝓ tēpore boni: vel ꝓſumptiōe mali. Mūda ē: et bn̄ ſibi ꝯſcia. cū nec de pterito iniuſte accuſatur: nec de pn̄ti iniuſte delectatur. pura ē: cui deus nec ſua peccata īputat: q2 nō fecit: nec aliena: q2 nō approbauit. nec negligētiaz: q2 nō tacuit: nec ſupbiā. q2 in humilitate permanſit.

Citius ⁊ vtilius acquiritur bona ꝯſcia ꝙ̄ ſcia. capitu.xxi.

Multi q̃runt ſcientiã. pauci ꝓ ↄſciam. Si ꝓ tãto ſtudio. ⁊ ſollicitudine q̃rerẽt. ↄſcia. q̃to q̃ritur ſecularis: ⁊ vana ſciẽtia. ⁊ citi⁹ appꝛehẽderẽt: ⁊ vtili⁹ retinerẽt. Cogitare nãq₃ de ↄſcia ſenſus ẽ ↄſumat⁹. ⁊ q cuſtodit illã ſemp̲ erit ſecur⁹. Salua reuerẽtia ſapiẽ: vtili⁹ ẽ currere ad ↄſciã: q̃ ad ſapiẽtiã. niſi ſapientia illa ſit: q̃ edificet ↄſciã. Tũc. n. ſe intelligit aĩa. tũc illuſtrat̃ ↄſcia: tunc ĩplet̃: coꝛ ſcia cũ in ſe deũ. ⁊ ĩ do mutua reuolutione ſeipſã recepit imago creata. Creatrix imago in imagine creata nihil aliud ẽ: niſi ſapĩa ĩ aĩa niſi gloꝛia in ↄſcientia. niſi ſanctiſicatio in arca. O quam ineffabilis eſt pietas dei: q̃ tantã maieſtatẽ inclinat ad tãtã humilitatẽ: q creauit nos creat̃ in nobis. Et q̃ſi parũ eẽt nos deũ patrẽ haber̃: vult etiã nos fieri ſibi ⁊ matrẽ. Quicũq₃ inquit fecerit voluntatẽ p̃ris mei. q in celis eſt ipſe meus frat̃. ⁊ mĩ eſt: frater obediẽdo. mater generãdo. Frater p̲ hereditatis p̲ticipationẽ mater p̲ alioꝝ ĩſtructionẽ. O fidelis aĩa expãde ſinus. dilata effect⁹ ne anguſtieris in viſcerib⁹ tuis cõcipere. quẽ tot⁹ orbis nõ potuit cõp̄hẽdere. donec virgo btã illũ fide ↄcepit. Fide nãq₃ xp̃s ↄcipit̃. ꝟbi p̄dicatõe naſcit̃: deuotõe nutrit̃ amore tenet̃. Sit ergo ↄſcia pura: vt deum ↄducat ad hoſpitiũ noſtrũ: ſit ſollicita circa fidele obſequiũ: ne tãta maieſtas recuſet coꝛdis gremiũ ſit deuota. vt ſoli deo placeat. ſoli deo intẽdat: nec recedat ab eo. Talis ↄſcia letificat animã. ⁊ exhibet deo gratã. ⁊ hominib⁹. ⁊ angelis reuerẽdã. ⁊ ſibimetipſi placata. ⁊ grata exiſtit.

Quid ſit ↄſciẽtie fruct⁹. cap. xxij.

Conſcientia ẽ coꝛdis ſciẽtia q̃ dupliciṫ intelligit̃. videl₃ vel illa. q̃ ſe nouit p̲ ſe. vel illa q̃ p̄ter ſe etiã alia nouit ex ſe. Coꝛ. n. ⁊ ſe nouit ſua ↄſcia. ⁊ multa alia. qñ nouit ſe. appellat̃ ↄſcia. qñ p̄ter ſe alia. nominat̃ ſciẽtia. Conſciẽtia bona titulus ẽ religionis. tẽplũ Salomonis. ager bñdictionis. oꝛtus delitiaꝝ. aureũ reclinatoꝛiũ. gaudiũ angeloꝝ. arca federis. theſaurus regis. aula dei. habitaculũ ſpũs ſancti liber ſignat⁹. ⁊ clauſus ⁊ in die iudicij apiendus. Nihil ẽ iocũdius. nihil tutius. nihil ditius bona ↄſcia. p̄mat coꝛpus. trahat mũdus terreat diabolus. ⁊ illa erit ſecura. Bona cõſcientia ſecura erit cum coꝛpus moꝛietur. ſecura cum anima coꝛam deo p̄ſentabitur. ſecura cũ vtrumq₃ in die iudicij ante tribunal terrificum iuſti iudicis ſtatuetur. Future beatitudinis nõ eſt vtilius remediũ. nec certius teſtimonium bona ↄſcientia. cũ mũdus omni volubilitate circumrotetur. ploꝛet. rideat. pereat. tranſeat. nunq̃ marceſcit bõa ↄſcia. Subijciat̃ coꝛp⁹ ĩ pena. in ieiunijs maceret̃. ꝟberib⁹ laniet̃. eculeo diſtẽdatur. gladio trucidet̃. crucis ſupplicio affligat̃. ⁊ ſecura erit cõſciẽtia.

Quod in ſpeculo conſciẽtie ſtatus ĩterioꝛis ⁊ exterioꝛis hominis cognoſcitur. capitu. xxiij.

Nos ergo flores: nos qui iam fructũ tenemus. pertranſiſſe videm⁹. Et dũ adhuc florere videbantur. tranſituri preuidebanẗ. Unde dauid. Mane ſicut herba tranſeant. mane floreat. ⁊ tranſeat. veſpe decidat. induret. ⁊ areſcat. Ueſpere etenim. i. qñ venit plenitudo tpis. ĩ quo miſit deus vnigenitũ ſuum factũ ex muliere. factũ ſub lege dicẽte ipſo. ecce noua facio omnia. vetera tranſierũt. ⁊ diſparuerũt. quo modo ĩ nouitate ſubcreſcẽtis fructus flores decidũt. ⁊ areſcunt. vnde rurſum ſcriptũ eſt. Fenũ aruit. ⁊ decidit flos. verbum aũt dñi manet in eternũ. Credo nõ ambigis quin verbũ fructus ſit. verbũ aũt xp̃s eſt. Bonus itaq; fructus xp̃s. qui manet in eternũ. Sed vbi eſt fenũ. qđ aruit: vbi flos. q decidit: ꝓpheta reſpondeat. oīs caro fenũ ⁊ oīs gloria eius tanq̃ flos feni. Si ergo oīs caro fenũ. ergo carnalis ille populus iudeorũ fenũ fuit. An nõ fenũ aruit. dũ idẽ populuſ ab oī ſpũs pinguedīe vacuus. ſicce littere adheſit: An nõ etiã flos decidit. quãdo gloriatio. quã habebant in lege remãſit: Si flos non decidit. vbi ergo regnũ: vbi ſacerdotiũ. vbi ꝓphete. vbi tẽplum. vbi deniq; magnalia illa. de quib⁹ gloriari ſolebant. ⁊ dicere. quãta audiuimus. ⁊ cognouimus ea. ⁊ pr̃es noſtri narrauerũt nobis. Et iterũ. Quanta mandauit patribus nr̃is nota facere ea filijs ſuis. Et hec dicta ſint pro eo. qđ poſitum ẽ in nazareth ciuitatẽ galilee. In illam ergo ciuitatem miſſus eſt angelus gabriel a deo. Ad quem. Ad virginem deſponſatam viro. cui nomẽ erat ioſeph. Que eſt hec virgo tam venerabilis. vt ſaluteẗ ab angelo. tam humilis. vt deſponſata ſit fabro. Pulchra ꝑmixtio virginitatꝭ. ⁊ humilitatis. Nec mediocriẗ placet deo illa anima, in qua ⁊ humilitas cõmendat virginitatẽ. ⁊ virginitas exornat humilitatem. Sed quanta putas veneratione digna eſt. in qua humilitatẽ exaltat fecũditas. partus ꝯſecrat virginitatẽ humilis. Audis virginẽ. audis humilẽ. Si nõ potes virginitatem humilis. imitare humilitatẽ virginis Laudabilis virtus virginitas. ſed magis hũilitas neceſſaria. Illa cõſuliẗ. iſta precipiẗ. Ad illã inuitaris: ad iſtã cogeris. De illa diciẗ. q poteſt cape capiat. de iſta dicitur. niſi qs efficiatur ſicut paruul⁹ iſte. nõ intrabit in regnũ celoꝝ. Illa ergo remuneratur. iſta exigitur. Potes deniq; ſine virginitate ſaluari. ſine humilitate non potes. Poteſt inquã placere humilitas. que virginitatem deplorat amiſſam. ſine humilitate aũt audeo dicere, nec virginitas marie deo placuiſſet. Super quem inquit requieſcet ſpiritus meus. niſi ſuper humilem. ⁊ quietum. Super humilem dixit. non ſuper virginem. Si igitur maria humilis non eſſet. ſuper eam ſpiritus ſanctus non requieuiſſet. Si ſuper eam nõ requieuiſſet. nõ ĩpregnaſſet. Quomodo enim de ipſo. ſine ipſo cõciperet. Patet itaq;

quia: vt de ſpiritu ſancto conciperet
ſicut ipſa ꝓhibet. reſpexit dñs hu-
militatẽ ancille ſue potius ꝗ̃ virgi
nitatem. Et ſi placuit ex virginita-
te. tamen ex humilitate concepit.
Unde ꝯſtat. q2 etiã ut placeret vir
ginitas. proculdubio humilitas fe
cit. Quid dicis virgo ſuperba: ma
ria ſe virginẽ oblita gloriat̃ de hu
militate. ⁊ negligendo humilitatẽ
blãdiris tibi de virginitate. Reſpe
xit ait illa deus humilitatẽ ancille
ſue. Que illa: Uirgo ſancta. virgo
ſobria. ꝟgo deuota. Nunqd tui ca
ſtior illa: Nunquid deuotior. Aut
nũquid tua forte pudicitia gratior
caſtitate marie: ut tu. ſ. ſine humili-
tate placere ſufficias ex tua virgi-
nitate. quod illa nõ potuit ex ſua.
Deniq3 quãto honorabilior es ex
ſingulari munere caſtigatio me: tã-
to tibi tu maiorẽ iniuriam facis. ꝙ
eius in te decorẽ fedas permixtiõe
ſuperbie. Alioquin expedit tibi vir
ginẽ nõ eſſe ꝗ̃ de virginitate ſup-
bire. ⁊ inſoleſcere. Nõ oĩum qdem
eſt virginitas: multo tñ paucioꝝ
eſt cũ virginitate humilitas. Si er
go virginitatẽ in maria non potes
niſi mirari ſtude humilitatẽ imita
ri. ⁊ ſufficit tibi. Quid ſi virgo: ⁊ hu
milis es: quiſqs es. Eſt tñ aliquid
maius qd mireris in maria. ſ. cum
virginitate fecũditas. A ſeculo. n.
nõ eſt auditũ: vt aliqua ſimul ma-
ter eſſet. ⁊ virgo. O ſi cuius mater
attendas: quo te tua ſuper eius mi
rabili celſitudine ducet admiratio.
Nõne ad hoc: vt te videas nec ſa-
tis poſſe mirari. Nõne tuo imo ve
ritatis iudicio illa. que deum hñit
filiũ ſuper oẽs etiã choros exalta-
bitur angeloꝝ. An nõ deũ. ⁊ dñm
angeloꝝ maria ſuũ audacter ap-
pellat filiũ dicẽtis. fili quid feciſti
nobis ſic. Quis hoc audeat ange-
loꝝ. Sufficit eis: ⁊ pro magno hñt
ꝙ cum ſint ſpũs ex cõditõe. ex grã
facti: ⁊ vocati ſunt angeli. teſtante
dauid. Qui facit inqt angelos ſu-
os ſpũs. Maria ꝟo matrẽ ſe agno
ſcens maieſtatẽ illam: cui illi cum
reuerentia ſeruiunt. cũ fiducia ſuũ
nuncupat filiũ. Nec dedignat̃ nũ-
cupari deus qd eſſe dignatus eſt.
nam paulopoſt ſubdit euangeliſta
Et erat inquiens ſubditus illis. qs
quibus deus hoĩbus. deus inqꝫ
cui angeli ſubditi ſunt cui principa
tus. ⁊ poteſtates obediunt: ſubie-
ctus erat marie. nec tãtum marie.
ſed etiã ioſeph ꝓpter mariã. Mi-
rare ergo vtrũlibet. ⁊ elige qd am-
plius mireris ſiue filij benigniſſimã
dignationẽ: ſiue matris excelentiſſi
mã dignitatẽ. Utrũq3 ſtupor. vtrũ
q3 miraculũ eſt. Et ꝙ deus femine
obtemperet. humilitas abſq3 exem
plo: ⁊ ꝙ femina deo principet̃. ſub-
limitas ſine ſocio. In laudib9 vir-
ginũ ſingulariter cant̃ ꝙ ſequunt̃
agnũ quocũq3 ierit. Quibus ergo
laudibus iudicas dignam. q̃ etiam
pariter. Diſce homo obedire: diſce
terra ſubdi. diſce puluis obtempe-
rare. De auctore tuo euangeliſta
loquens. ⁊ erat inquit ſubditus il-
lis. haud dubium quin marie. ⁊ io

ſeph. Erubeſce ſuperbe cinis. deuſ ſe humiliat. et tu te exaltas. Deus ſe hominibus ſubdit. et tu dominari geſtiens hominibus. tuo te ꝑpoſitis auctori. Utinam mihi aliquando tale aliquid cogitanti deus reſpōdere dignetur. quod et ſuo increpando apoſtolo reſpondit. Uade inquit poſt me ſathana. quia non ſapis ea que dei ſunt. Quotiēs.n. hominibus preeſſe deſidero. totiēs deum me vult preire contendo: et tunc vere non ſapio ea que dei ſūt De ipſo nāq3 dictu3 eſt. et erat ſubditus illis. Si hominis o hō imitari dedignaris exemplum certe non erit tibi indignum ſequi auctorem tuum. Si non potes forſitan ſequi eum quocunq3 ierit. dignare vel ſequi quo tibi condeſcēdit. Hoc eſt ſi nō potes ſublimē incedere ſemitam virginitatis. ſequere vel deu3 per tutiſſimam viam humilitatis. A cuius rectitudine ſi qui etia3 de virginibus deuiauerint: vt verum fatear. nec ipſi ſequūtur agnū quocunq3 ierit. Sequitur quidē agnu3 coinquinatus humilis. ſequitur: et ſuperbus virgo: ſ3 neuter quocūq3 ierit. quia nec ille aſcendere poteſt ad mundiciam agni. qui ſine macula eſt: nec is ad eiuſdem manſuetudinem deſcendere dignatur. qua.ſ. non ſolum coram tundente ſe: ſed coram occidente ſe obmutuit. Attamen ſalubriorem elegit ſequēdi partem in humilitate peccator: quam in virginitate ſuperbus. cum et illius imundiciam ſua humilis ſatiſfacio purget. et huius pudicitia ſuperbia inquinet. Sed felix nimis maria. cui nec humilitas defuit: nec virginitas. Et quidem virginitas ſingularis. quam non temerauit. ſed honorauit fecunditas. Et nihilominus ſpecialis humilitas: quam non abſtulit: ſed extulit fecūda virginitas. et incomparabilis prorſus fecūditas. quam virginitas ſimul comitatur. et humilitas. Quid horum non mirabile. Quid non incomparabile. Et quid non ſingulare. Mirum vero ſi non heſitas in eorum ponderatione. quid tua iudices dignius admiratione: vtrum videlicet potius ſtupenda ſit fecūditas in virgine. an in matre integritas ſublimitas in prole: an cum tanta ſublimitate humilitas niſi quod indubitanter horum ſingulis preferenda ſunt ſimul cuncta. et incomparabiliter excellentius eſt atque felicius omnia percepiſſe. quam aliqua Et quid mirum. ſi deus qui mirabiliter legitur. et cernitur in ſanctis ſuis: mirabiliorem ſe ſe exibuit in matre ſua. Ueneramini ergo coniuges in carne corruptibili carnis integritatem. Miramini etia3 vos ſancte virgines. in virgine fecunditatem. Imitamini omnes homineſ dei matris humilitatem. honorate ſancti angeli veſtri regis matrem qui noſtre virginis adoratis prolem. Ipſum vtique noſtrum pariter ac veſtrum regem no-

ſtri generis redemptorē: veſtre ciuitatis reſtauratorem: cuius apud vos tam ſublimis. inter nos tā humilis a vobis pariter. ⁊ a nobis detur dignitati debita reuerentia: et dignationi honor ⁊ gloria in ſecula ſeculorum amen.

Omelia. ij.

n Quū quidem canticū illd qd ſolis in regno dei dabitur cantare virginib⁹. Ipſam virginū reginam cum ceteris: ymo primā inter ceteros eſſe cantaturā nemo qui ambigat. Puto autem illam preter illud qd ſolis licet cum omnibus tamē virginib⁹ ei vt dixi cōmunc erit. dulciori quodam. ⁊ elegantiori carmine letificaturam eſſe ciuitatē dei. Cui⁹ vtiqꝫ dulciſonos depromere: vel exprīmere modulos. ne ipſarū quidem virginuꝫ vlla digna inuenietur. q: ſoli merito decantandū ſeruatur. q̄ ſola de partu. ⁊ partu diuino gloriatur. Gloriatur dixerim de partu: nō in ſe ſed in ipſo. quem peperit. Deus ſiquidē deus. n. eſt quē peperit. matrem ſuā ſingulari in celeſtibus donaturus gloria ſingulari in terris preuenire curauit ⁊ gratia: qua videlicet ineffabiliter. ⁊ intacta cōciperet. ⁊ pareret ī corrupta. Porro deum decebat huiuſcemodi natiuitas: q̄ꝫ nō niſi de virgine naſceretur. Talis ⁊ congruebat virgini ptus: vt nō pareret niſi deū. Proinde factor hominū: vt homo fieret naſciturus de hoīe. talē ſibi debuit ex oībus eligere. imo condere matrem: qualē ⁊ ſe decere ſciebat. ⁊ ſibi nonerat placiturā voluit itaque eſſe virginē de qua īmaculata īmaculatus pcederet oium maculas purgaturus. Voluit ⁊ humilē. de qua mitis ⁊ humilis corde pcederet harū in ſe virtutū neceſſarium oībus ſaluberrimūqꝫ exemplū oſtēſurus. dedit ergo virgini partū qui ei iam ante ⁊ virginitatis inſpirauerat votū. ⁊ humilitatis p̄rogauerat meritū. Alioquin qūo angelus in cōſequentibus eā gratia plenaꝫ prenūciat. ſi quidpiā vel parū boni. qd ex gratia nō eſſet habebat. Ut igitur que ſanctū ſanctorū conceptura erat pariter. ⁊ paritura ſancta eſſet corpore. accepit donū virginitatis. vt eſſet ⁊ mente accepit humilitatꝫ. his nimirū virgo regia gēmis ornata virtutū. geminoque mentis pariter ⁊ corporis decore p̄fulgida. ſpecie ſua ⁊ pulcritudine ſua: in celeſtibus cognita. celi ciuiū in ſe prouocauit aſpect⁹ ita vt ⁊ regis aīum in ſui concupiſcentiaꝫ inclinaret. ⁊ celeſtē nunciū ad ſe educeret de ſupnis. Et hoc eſt qd euāgeliſta nobis cōmendat. cū angelū perhibet a deo deſtinatū ad virgineꝫ. A deo inquit ad virginē. ideſt a celſo ad humilē. a dño ad ancillā a creatore ad creaturā. Quāta dignatio dei quāta v̄ginis excellētia Currite matres. currite filie currite oēs. que poſt euā ⁊ ex eua ⁊ pturimini cum triſticia. ⁊ parturitis. Adite virginalē thalamū. ingredimini ſi poteſtis pudicū ſororis vr̄e cubiculum. Ecce. n. deus mittit ad virginē. ecce affatur angelus mariaꝫ

Apponite aurē parieti. auſcultate quid nūciet ei: ſi forte audiatis vñ ꝯſolemini. Letare pater. Adam: ſʒ magis Eua mater exulta: qui ſicut oīum parentes. ita fuiſtis omnium pemptores. ⁊ ꝙ infelicius eſt prius peremptores. ꝙ̄ parētes. Ambo in quā conſolemini ſup filia. ⁊ tali filia. ſed illa amplius. de qua maluʒ ortū eſt prius. cuius opprobriū in omnes pertrāſijt mulieres. Inſtat nāqʒ tp̄s quo iam tollatur opprobrium. nec habeat vir quod cauſetur aduerſus feminā. qui vtiqʒ dū ſe imprudēter excuſare conaretur. crudeliter. illā accuſare nō cunctatus eſt dicens. Mulier quā dediſti mihi dedit mihi ꝺ ligno: ⁊ comedi Propterea curre eua ad mariam. curre mater ad filiā filia ꝓ te matre reſpōdeat. Ipſa matris opprobria auferat ipſa patri pro te matre ſatiſfaciat. Quia ecce ſi vir cecidit ꝑ feminā. iaʒ nō erigitur niſi ꝑ feminam. Quid dicebas o adam: Mulier quā dediſti mihi de ligno dedit mihi. ⁊ comedi. Verba malicie ſunt hec: quibus magis augeaſ ꝙ̄ deleas culpā. Verūtamen ſapiētia vincit maliciā. cū occaſionē venie. quā a te deus interrogādo elicere temptauit. ſed nō potuit. itheſauro indeficientis ſue pietatis inuenit. Reddit nempe femina ꝓ femina. prudens pro fatua. humilis pro ſupba. que ꝓ ligno mortis guſtum tibi porrigat vite. ⁊ pro venenoſo cibo illo amaritudinis dulcedinem pariat fructus eterni. Muta igitur verbū inique excuſatiōis in vocē gratiarum actionis. ⁊ dic: Dñe mulier: quā dediſti mihi dedit mihi de ligno vite: ⁊ comedi. ⁊ fcm̄ eſt dulce ſup mel in ore meo. qa in ipſo viuificaſti me. Ecce enim ad hoc miſſus eſt angelus ad virginē O admirandā ⁊ omni honore digniſſimā virginē. O feminā ſingulariter venerādā: ſup oēs feminas admirabilem pemptorꝫ reparatricem. poſterorum viuificatricem.

Miſſus eſt inquit angelus ad virginem: Virginē carne. virginē mēte. virginē profeſſione. virginem deniqʒ qualē deſcribit apoſtolus. mēte. ⁊ corpore ſcām. nec nouiter nec fortuitu inuentā. ſʒ a ſeculo electaʒ ab altiſſimo precognitā. ⁊ ſibi ꝑparatam. ab angelis ſeruatā. a patribus ꝑfiguratā. a philoſophis promiſſam. Scrutare ſcripturas: ⁊ proba. que dico. Viſne aliqua ego ex his teſtimonia hic inſerā: Ut pauca loquar de pluribꝰ. quā tibi aliā deus predixiſſe videtur. qñ ad ſerpentē ait inimicitias ponā inter te ⁊ mulierē. Et ſi adhuc dubitas an de maria dixerit. audi quod ſequitur. Ipſa cōteret caput tuum. Cui ſeruata eſt victoria hec: niſi marie. Ipſa proculdubio caput contriuit venenatum. que omnimodā ſuggeſtionē maligni tam de carniſ illecebra. ꝙ̄ de mentꝫ ſupbia duxit ad nihiluʒ. Quā vero aliā ſalomon querebat. cum dicebat. mulierem fortē quis inueniet: Nouerat ꝗppe vir ſapiens huius ſexus infirmitatem. fragile corpus. lubricam mentꝫ: qr tamen legerat deum ꝓmiſiſſe. ⁊ ita

videbat congruere. vt qui vicerat
pro feminam vinceretur per ipſaʒ:
vehement admirans aiebat. Mu
lierem fortem quis inueniet. qđ ē
dicere. Si ita de manu femine pen
det noſtra ⁊ omniū ſalus: ⁊ inno
centie reſtitutio: ⁊ de hoſte victo
ria: fortis omnino neceſſe eſt vt p̄
iudicatur: que ad tantū opus poſ
ſit eſſe idonea. Sed mulierē forteʒ
quis inueniet? Ac ne hoc q̄ſiſſe vi
deatur de ſperando: ſubdit ꝓphe
tando: ꝓcul ⁊ de vltimis finibus
preciū eius. Hoc eſt nō vile: non
puū: nō mediocre: nō deniqʒ ď ter
ra: ſed de celo: nec de celo primo
terris preciū huius mulieris fortꝫ:
ſʒ a ſūmo celo egreſſio eius. Quid
deinde rubus ille moſaycus portē
debat flāmas quidē emittens: ſed
nō ardens: niſi mariā parienteʒ: ⁊
dolorē nō ſentientē? Quid rogo
virga aaron florida: nec humecta
ta: niſi ipſam cōcipientē: q̄uis vir
nō cognoſcentem? huiꝰ magni mi
raculi maius miſteriū yſaias edi
ſerit dicens. Egredietꝰ virga de ra
dice ieſſe: ⁊ flos de radice eiꝰ aſcē
det. Virgam virginem: florē virgi
nis partum intelligens. Sʒ ſi tibi:
ꝙ nunc in flore xp̄s intelligi dicit:
ſuperiori videtur aduerſari ſentē
tie: qua non virge flore: ſed floris
fructu deſignari videbatur: noue
ris in eadem aaronica virga: que
non ſolum floruit: ſed etiam fron
duit: ⁊ fructum emiſit: non ſolum
flore: vel fructu. ſed ⁊ ipſis etiam
frondibus eundem ſignificari. No
ueris ⁊ apud moyſem nec fructu

virge: nec flore. ſed ipſa virga dmō
ſtrari. Illa vtiqʒ virga: qua ferien
te a quo vel diuiditur tranſituris:
vel de petra excutitur bibituris.
Nullū aūt inconueniēs eſt: diuer
ſis ex rebus. diuerſiſ ex cauſis chri
ſtum ſignificari. ⁊ in virga quideʒ
potentiam. in flore vero fragrātiā
in fructu aūt ſaporis dulcedinem
in frondibꝰ quoqʒ ſedulā eius in
telligi protectioneʒ. qua videlicet
paruulos ad ſe confugientes ſub
vmbra alarum ſuarum protegere
non deſinit: ſiue ab eſtu carnaliuʒ
deſideriorꝝ. ſiue a facie impiorum:
qui eos afflixerunt. Bona ⁊ deſide
rabilis. vmbra ſub alis. ieſu. tuum
eſt fugientibus refugium. gratum
feſſis refrigeriū. Miſerere mei do
mine ieſu chriſte. miſerere mei. q̄m
in te confidit anima mea. ⁊ in vm
bra alarum tuarū ſperabo. donec
tranſeat iniquitas. In hoc tū yſa
ie teſtimonio. florem filium virgaʒ
intellige matrem. quoniam ⁊ vir
ga floruit abſqʒ germine. ⁊ virgo
concepit non ex homine: nec virge
virorem floris leſit emiſſio. nec vir
ginis pudoreʒ ſacri partus editio.
Proferamus ⁊ alia virgini matri.
deoqʒ filio ꝯgrua de ſcripturis te
ſtimonia. Quid illud gedeonis ſi
gnificat vellus: qđ vtiqʒ de carne
tonſum: ſed ſine vulnere carnis in
area ponitur. ⁊ nūc quidem lana.
nūc vero area rore perfunditur. ni
ſi carnem aſſumptam de carne vir
ginis. ⁊ abſqʒ detrimento virgini
tatis? Cui vtiqʒ diſtillantibus ce
lis tota ſe infondit plenitudo diui

nitatis: adeo: vt ex hac plenitudine omnes accipiamus. qui vere ſine ipſa non aliud q̄ terra arida ſumus. Huic quoq; gedeonico facto pulchre propheticū dictum ſatis conuenire videtur. vbi legitur. Deſcendet ſicut pluuia in vellus. Nam per hoc ꝙ ſequitur. ⁊ ſicut ſtillicia ſtillantia ſuper terram. idē intelligi datur. qd̓ perinuenta roze madida arcam. pluuiam nempe voluntariam q̄ ſeggregauit deus hereditati ſue. placide prius. ⁊ abſq; ſtrepitu operationis humane. ſuo ſe quietiſſimo lapſu virgineū demiſit in vterum. Poſtmodū vero vbiq; terrarum diffuſa eſt per ora predicatorū. non iam ſicut pluuia in vellus. ſ; ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram cum quodam vtiq; ſtrepitu verborum. ac ſonitu miraculorum. Siquidem recordate ſunt nubes ille. que portabant pluuiam: preceptum ſibi fuiſſe cum mitterentur. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine: et ꝙ in aure auditis. predicat. ſuper tecta. Qd̓ ⁊ fecerūt. Et enim in omnem terram exiuit ſonus eorum. ⁊ in fines orbis terre verba eoꝝ. Audiamus ⁊ ieremiam noua veteribus vaticinantem quem preſentē monſtrare non poterat. venturum ardenter deſiderabat. ⁊ fidenter ꝓmittebat. nouum inquit cedit dominus ſuper terram. feminina circundabit virum. Que eſt hec femina. Quis vero iſte vir. Aut ſi vir quomodo a femina circundari poteſt. quomodo vir. Et vt apertus dicā quomodo poteſt ſimul. ⁊ vir eſſe: ⁊ in vtero matris hoc eſt enim a femina circundari. nouimus. viros: qui. ſ. infanciam. puericiam. et adoleſcentiam. atq; iuuentutē trāſeuntes. ad gradum vſq; ſenectuti proximum prouenerunt. Qui ergo a deo iam grandis eſt quomodo a femina circundari poteſt. Si dixiſſet femina circundabit infantē. vel femina circundabit paruulum. nec nouum videretur. nec mirum. nūc autem quia nihil tale poſuit. ſed dixit virum querimus que ſit hec nouitas: quā fecit dominus in terra: vt femina circundaret virum ⁊ vir intra feminei vnius corpuſculi mēbra ſeſe cohiberet. Quid eſt hoc miraculi: nunquit poteſt homo. vt ait nicodemus in ventrē mr̄is ſue iterato introire. ⁊ renaſci: S; verto me ad conceptū. partūq; virginalem: ſi forte inter plurima noua ac mira que ibi ꝑfecto inſpicit que diligenter ingrit. etiā hāc. quā propheta ꝓtulit repiā nouitatē. Porro ibi agnoſcitur longitudo breuiſ. latitudo anguſta. altitudo ſubdita ꝓfunditas plana. Ibi agnoſcitur lux nō lucēs verbū infans aqua ſitiens: panis eſuriens. videas. ſi attendas. potētiā regi. ſapiētiam inſtrui virtutē ſuſtentari: deū deniq; lactentē. ſed angelos reficientem. vagientē. ſed miſeros conſolantē; videas ſi attendas triſtari leticiā; pauere fiduciam. ſalutem pati: vitam mori. fortitudinem infirmari. Sed quod non minus mirandum eſt. Ipſa ibi cer

nitur. triſticia letificás. Pauor cō fortans: paſſio ſaluans: mors viuificans. infirmitas roborās. Cui iā illud quoqꝫ non occurrat qđ q̄rebā: Nunqd nō facile tibi eſt inter hec feminā agnoſcere virū circundantem. animi mariā videas viꝝ approbatū adeo ieſum ſuo vtero cōplectentē: virū autem dixerim. ieſum fuiſſe: nō ſolū cū iā diceret. vir ꝓpheta potens: in opere: ⁊ ſermone: ſed etiā cū tenera adhuc infantis dei mēbra mater blādo vel refoueret in gremio: vel duraret in vtero. vir igit̄ erat ieſus necdū natus: ſed ſapientia nō etate: animi vigore non corporis: maturitate ſenſuū: nō corpulentia mēbroꝝ. Neqꝫ eni minus ſapiē habuit. vel potiꝰ nō minꝰ fuit ſapiā dei ieſus cōceptus: q̄ꝫ natus: paruus q̄ꝫ magnus. Siue igit̄ latens in vtero: ſiue vagiens in p̄ſepio. ſiue iā grandiuſculus interrogās doctores in templo. ſiue iā pfecte etatis docēs in populo. eq̄ ꝑfecto plenus fuit ſpū ſancto. Nec fuit hora: in quacūqꝫ etate ſua: qua de plenitudiē illa: quā in ſua cōceptione accepit in vtero. vel aliqd minueretur. vel eideꝫ aliquid adiceretur. ſꝫ a p̄ncipio pfectus: a p̄ncipio inquā. plenus fuit ſpū ſapiē: ⁊ intellectꝰ: ſpū ꝯſilij. et fortitudis: ſpū ſciē: ⁊ pietatis. ⁊ ſpū timoriſ dñi. Nec te moueat ꝙ de eo legeris ī alio loco. ieſus aūt ꝓficiebat ſapiā: etate ⁊ gratia apud dñꝫ. ⁊ hoīes. Nā qđ de ſapientia hic. ⁊ gr̄a dictū eſt. nō ſcđm ꝙ erat. ſꝫ ſcđm ꝙ apparebat intelligendū eſt. Nō q̄ videlicet aliqd nouū ei accideret qđ an̄ nō hēret ſꝫ ꝙ accidere videret̄: qn̄ volebat ipſe: vt videret̄. Tu hō cū ꝓficis. nec qn̄ nec quātū vis ꝓficis. ſed te neſciente tuus ꝓfectus moderat̄: tua vita diſponit̄. At vero puer ieſus qui diſponit tuā: ipſe diſponebat ⁊ ſuā: ⁊ qn̄ volebat. ⁊ qbuſ volebat ſapiens apparebat. qn̄ volebat: ⁊ qbus volebat ſapientior: qn̄ volebat. ⁊ quibus volebat ſapientiſſimus: q̄ꝫq̄ꝫ in ſe nūq̄ꝫ eſſet niſi ſapientiſſimus. Similiter ⁊ cū omni gr̄a ſemꝑ plenus fuiſſet: ſiue quaꝫ apud deum. ſiue quā apud hoīes habere deberet. ꝓ ſuo tn̄ arbitrio cā nūc plus. nūc minus oſtēdebat ꝓut cernētiū vel meritis ꝯgruere. vel ſaluti expedire ſciebat. Cōſtat igit̄. q̄ ſemꝑ ieſus virilem aīuꝫ habuit. ⁊ ſi ſemꝑ ī corpore vir nō apparuit. Cur deniqꝫ dubito virum fuiſſe in vtero. quē inibi deum fuiſſe nō ambigo: Minꝰ qppe eſt eē virū. q̄ꝫ eē deū. Sꝫ vide. ſi nō etiaꝫ hāc yeremie nouitatē yſaias luciſſime apit. q ⁊ nouos aaronicoſ. flores expoſuit. Ecce inqt virgo cōcipiet. ⁊ pariet filiū. En hēs feminā. ſ. ꝟginē. vis ⁊ de viro audire qd ſit: Et vocabit̄ nomē eius ait emanuel. i. vobiſcū deꝰ. femina ita qꝫ circūdās virū ꝟgo ē cōcipiēs deū. Uides q̄ꝫ pulchre. ⁊ cōcordit̄ ſanctoꝝ mira facta. ⁊ miſtica dicta ſibi inuicem cōcinūt. Uides q̄ꝫ ſtupendū ſit hec vnū de virgine. ⁊ in virgine factū miraculū. qđ tot preuenerūt miracula. tot oracula pro

miſerūt? Un⁹ nimirꝫ fuit ſpūs pro phetaꝝ:lꝫ diuerſis modis.ſignis.ꝛ tēporib⁹ eandē rē diuerſe.ñ diuer ſo ſpū ꝛ ꝑuiderūt.ꝛ ꝓdixerūt. Qd moyſi mōſtratū eſt in rubo.ꝛ igne: aaron in virga ꝛ flore gedeoni in vellere ꝛ rore:hoc apte ſolomō ꝑ/uidit in forti muliere ꝛ eius ꝓcio. aptius yeremias ꝓcinuit de femi/na ꝛ viro.aptiſſime yſaias declara uit de virgine ꝛ deo.Gabriel tan/dē exibuit ipſam virginē ſalutan/do.Ipſa namqꝫ eſt de qua nunc ait euangeliſta. Miſſus eſt angel⁹ gabriel a deo ad virginē.deſpōſa tā ioſeph.Ad virginē inqt deſpon ſatā.Quare deſponſatā? Cū eēt i quā virgo electa.ꝛ vt oſtenſuꝫ ē ꝓ go cōceptura virgo paritura.mirū cur deſponſata fuerit ꝛ nō nupta. Nunqd vel hoc caſu factuꝫ? quis dixerit? Nō ē caſu factū.qd rōna/bilis cā cōmendat.cā vtiqꝫ valde vtilis.ꝛ neceſſaria.ꝛ diuini ꝓrſus adinuentione ꝯſilij digna.dicā qd mihi.ymo ꝙ añ me:patrib⁹ viſum fuit. Illa itaqꝫ fuit rō deſponſatio/nis marie.q̄ ꝛ dubitatiōis thome. Mos ſiquidē erat iudeoꝝ. vt a die deſponſationis ſue vſqꝫ ad tē/pus nuptiaꝝ.ſponſis ſponſe trade rent̄ cuſtodiēde. q̄tenus earū ipſi eo pudicitiā ſibi curioſius ꝑuarēt: quo ſibiipſi fideliores exiſterēt. Si cut igitur thomas dubitando. pal pando.cōſtantiſſimus fact⁹ ē do/minice reſurrectionis confeſſor.ita ioſeph mariaꝫ ſibi deſpōſando ei⁹ ꝯuerſationē in tpe cuſtodie ſtudio ſius cōprobando factus ē pudici/tie fideliſſimus teſtis. pulchra vtri uſqꝫ rei cōuenientia. Et dubitatio thome.ꝛ deſponſatio marie. pote/rant quidē ſimilis nobis laquꝫ er roris inicere.fidei videlꝫ in illo ca ſtitatis in illa.veritatē in ſuſpitio/nē adducere. Sed valde prudent̄ ꝛ pie ꝑ cōtrariū factū ē:vt vñ me/tuebatur ſuſpitio.firma ſit certitu/do. Nā ꝛ de filij reſurrectione.citi us quidē ego qui infirm⁹ ſuꝫ cre/diderim thome dubitanti ꝛ palpā ti.ꝙ cephe audiēti ꝛ credēti. Et d matris ꝯtinentia facilius ſponſo ei us cuſtodiēti ꝛ expiēti.ꝙ ipſi quo qꝫ virgini de ſola ſua ꝯſciētia ſe d fendenti. Dic q̄ſo. quis eā uidens nō deſpōſataꝫ.ꝛ grauidā.nō poti⁹ diceret meretriceꝫ ꝙ virginē? Nō aūt decebat hoc dici de matre do mini. Tollerabili⁹ vero atqꝫ hone ſtius fuit putari ad tēpus xp̄m de cōiugio natū ꝙ de fornicatiōe. Sꝫ nō poterat inquis deus aptū ali/qd oſtendere ſignū.quo videlꝫ.fie ret:vt eius nec ort⁹ infamaret̄.nec matri criminaret̄? poterat vtiqꝫ.ſꝫ nō poterat latere demones. qd ſci rent hoīes. Oppoꝛtebat aūt a ꝓn/cipe mūdi aliquādiu celari diuini ꝯſilij ſacramētū.nō qd ſi vellet de us palam opus ſuū facere.impedi ri ab aliquo meturet.ſꝫ qꝛ ipſe.qui nō ſolū potēter.ſꝫ etiā ſapiēter. q̄/cunqꝫ voluit fecit.ſicut in oīb⁹ ope ribus ſuis quaſdam rerum.vel tē/porum congruentias propter ordi nis pulchritudinem ſeruare ꝯſue/uit.ita in hoc quoqꝫ tam magnifi/co opere ſuo.noſtre videlꝫ repara/

tionis.nō tm̄ potētiā.ſed etiā pru/ dentiā ſuā oſtendere voluit. Et ꝙ ꝙ illud aliter quomodo vellꝫ pfi/ cere potuiſſet.placuit ei tm̄.eo po/ tius et mō ⁊ ordine hoīem ſibi re/ cōciliare.quo nouerat cecidiſſe.vt ſicut diabolus ꝑus feminā ſeduxit ⁊ poſtmodū virū ꝑ eā vicit.ita ꝑ/ us a femina virgine ſeduceretur. ⁊ poſtmodū a viro xp̄o apte debel/ laretur.quatenus malicie. ⁊ frau/ di.dū ars pietatis illuderet.ac ma ligni fortitudineꝫ.xp̄i virtus cōter ret.diabolo deus. ⁊ prudentior ap pareret. ⁊ fortior. Ita qppe decuit incarnataꝫ ſapiāꝫ ſpiritalē vince/ re maliciā.quo nō ſolū attingeret a fine vſqꝫ ad finē fortiter. ſꝫ ⁊ di/ ſponeret oīa ſuauiter. Attingit au tē a fine vſqꝫ ad finē.i. a celo vſqꝫ ad infernū. Si aſcendero inqt in celum:tu illic es:ſi deſcendero ī in fernū ades. Utrobiqꝫ vero fortit: qm̄ ⁊ de ſupnis expulit ſupbum. ⁊ apud inferos ſpoliauit:auarꝫ. Con ueniēs ergo erat:vt ſuauit. quoqꝫ oīa celeſtia.ſ. ⁊ terrena diſponeret. quaten⁹ ⁊ illinc deiciēs ingetum. reliquos in pace firmaret. ⁊ hic de bellaturus inuidū nobis prius ſe humilitatis: ⁊ māſuetudinis val/ de neceſſariū exēplū relinqueret.ſi cutqꝫ mirabili fieret moderamine ſapiē:vt ⁊ ſuis ſuauis. ⁊ hoſtibus appareret fortis. Quid enī ꝓdeſ/ ſet diabolum a deo vinci nobis re manētibus ſupbis: Neceſſario igi tur deſponſata ē maria ioſeph:qm̄ ꝑ hoc ⁊ ſanctū a canibus abſcon/ ditur. ⁊ a ſponſo virginitas cōpro batur. ⁊ virginis tāꝫ verecūdie pci tur.ꝙ fame ꝓuidetur. Quid ſapi entius:quid dignius diuina pro/ uidētia. Uno talis ꝯſilio ſecretis celeſtibus. ⁊ admittit̄ teſtis: ⁊ ex/ cludit̄ hoſtis: ⁊ integra ſeruat̄ fa/ ma virginis matris. Alioquin quō pepciſſet iuſtus adultere: Scriptū eſt aūt: Joſeph aūt vir ei⁹ : cū eēt iuſtus: ⁊ nollet eā traducere. volu it oculte dimittere eā. Bn̄ animi eſ ſet iuſtus noluit eā traducere:qꝛ ſi cut neq̄quā iuſtus eēt.ſi cognitaꝫ reā ducere ꝯſenſiſſet.ſic nihilomi/ n⁹ iuſtus nō eēt.ſi probatam inno xiam cōdemnaſſet. Cū igit̄ eſſet iu ſtus ⁊ nollet eā traducere. voluit occulte dimittere eam. Quare vo luit dimittere eā: Accipe ⁊ in hoc nō meā:ſed patrū ſententiā:ꝓpter hoc voluit ioſeph dimittere eā. ꝓ/ pter qđ ⁊ petr⁹ dn̄m a ſe repelle/ bat dicens. Exi a me dn̄e:qꝛ homo peccator ſum. ꝓpter qđ ⁊ cēturio a domo ſua cū repellebat.aī dice/ ret. dn̄e nō ſuꝫ dign⁹:vt intres ſub tectū meū. Ita ergo ⁊ ioſeph indi/ gnū: ⁊ peccatorē ſe reputans.dice bat intraſe.a tali: ⁊ tanta nō debe re ſibi vltra familiare ꝑſtari cōtu/ berniū.cui⁹ ſupra ſe mirabilem ex paueſcebat dignitatē. Uidebat ⁊ horreb⁹ diuine ꝑſentie certiſſimuꝫ geſtantē inſigne: ⁊ qꝛ miſteriū pe/ netrare nō poterat:volebat dimit tere eā. Expauit petr⁹ potētie ma/ gnitudinē.expauit centurio ꝑſen/ tie maieſtatem:ex horruit nimiruꝫ ⁊ ioſeph ſicut hō hui⁹ tanti mira/ culi nouitatem. miſterij profundi/

tatem. ⁊ ideo voluit occulte dimittere eã. Miraris ꝙ ioſeph p̄gnantis ſeſe conſortio virginis iudicabat indignum. cum audias ſanctã eliſabeth eius non poſſe ferre p̄ſentiã. niſi cũ tremore ꝗdem. ⁊ reuentia? Ait enim. vnde hoc mihi. ut veniat mater dñi mei ad me? Ideo itaqꝫ ioſeph voluit dimittere eã. Sed quare occulte. ⁊ non palam? Ne videlicet ſi diuorcij eã inquereretur: erigeretur reddere rõnem. Quid enĩ reſpõderet vir iuſt⁹ populo dure ceruicis. populo nõ credenti. ⁊ ɔtradicẽti? Si diceret qđ ſentiebat: qđ de illius puritate cõprobauerat. nõne mox increduli. ⁊ crudeles iudei ſubſanarent. illũ. lapidarẽt illã? Qñ nãqꝫ veritati crederent tacẽti in vtero. quã poſtea cõtẽpſerunt clamãtem in templo? Quid facerent nondũ apparenti. cui poſtmodũ impias man⁹ iniecerunt etiã miraculis coruſcanti. Merito ergo vir iuſt⁹. me aut mẽtiri. aut diffamare cogeret̃ innoxiã occulte voluit dimitter̃ eã. Sin vero aliter quis ſentiat. ⁊ ipſeoh ſic hominẽ dubitaſſe cõtendat. ſed qꝛ iuſtus erat noluiſſe quidẽ habitare cũ ea ꝑpter ſuſpitionem. nec tñ qꝛ pius erat traducere voluiſſe ſuſpectam. ⁊ iõ voluerit occulte dimittere eã. Breuiter reſpondeo etiam ſic illã dubitationem ioſeph fuiſſe neceſſariam. q̃ diuino meruerit certificari oraculo. Sic ꝗppe ſcriptũ eſt. hoc aũt eo cogitãte. quomõ. ſ. dimitteret eã. apparuit ei angelus in ſomnis dicens. Ioſeph filij dauid noli timere accipere mariã cõiugem tuã. qđ enim in ea natũ eſt. de ſpiritu ſancto eſt. Itaqꝫ ꝑpter has rões deſponſata eſt maria ioſeph: vel potius ſicut ponit euangeliſta. viro cui nomẽ erat ioſeph. Virũ nominat nõ quia marit⁹. ſꝫ qꝛ homo virtutis erat. vel potius qꝛ ſecũdũ aliũ euãgeliſtam nõ vir ſimpliciter. ſꝫ vir eius dictus ẽ. merito appellabat̃. qđ neceſſario putabatur. Debuit ergo vir eius appellari: qꝛ neceſſe fuit. ⁊ putari. Siquidẽ pater ſaluatoris non quidẽ eſſe. ſed dici merit. vt putaretur eẽ dicente hoc. ipſo euangeliſta. Et ipſe ieſus erat incipiẽs quaſi annorũ triginta: vt putabatur fili⁹ ioſeph. Nec vir ergo matris: nec filij paẗ extitit. q̃uis certa: vt dictum eſt ⁊ neceſſaria diſpenſatione vtcunqꝫ ad tẽpus ⁊ appellatus ſit. ⁊ putatus. Conice tñ ex hac appellatiõe. qua licꝫ diſpẽſatoria meruit honorari. adeo vt paẗ dei. ⁊ dict⁹. ⁊ creditus ſit. Conice ⁊ ex ꝓprio vocabulo. qđ augmẽtũ nõ dubitas interp̃tari. qui ⁊ qualis fuerit iſte ioſeph. Simul ⁊ memẽto illius quõdã magni patriarche venditi in egypto. ⁊ ſcito ipſius iſtũ nõ ſolũ vocabulum fuiſſe ſortitum. ſed ⁊ caſtitiã adeptum. innocentiã aſſecutum. ⁊ gratiam. Siquidem ille ioſeph fraterna ex inuidia venditus. et ductus in egyptum chriſti. venditionem prefigurauit. iſte ioſeph. herodianam inuidiam. fugiens. chriſtum in egypto portauit. Ille domino ſuo fidem.

ſeruans domine noluit cōmiſceri. iſte dn̄am ſuā. dn̄i ſui matrē virginē agnoſcēs. ⁊ ipſe ↄtinens fideliť cuſtodiuit. Illi data eſt intelligentia in miſterijs ſomniorꝫ. iſti datū eſt ↄſciū fieri. atqꝫ ꝑticipē celeſtiū ſacramētorꝫ. Ille frumēta ſeruauit. nō ſibi. ſꝫ omni populo. iſte panem viuū e celo ſeruandū accepit tā ſibi q̄ꝫ toti mūdo. Nō eſt dubiū quin bonus: ⁊ fidelis fuerit iſte ioſeph. cui mater deſpōſata eſt ſaluatoris Fidelis inq̄ꝫ ſeruus. ⁊ prudens. quē ↄſtituit dn̄s ſue matris ſolatiū. ſue carnis nutriciū. ſolum deniqꝫ ī terris magni ↄſilij coadiutorē ſibi fidiſſimū. huc accedit qđ dī fuiſſe đ domo dauid. Uere eni de domo dauid. vere de regia ſtirpe deſcendit vir iſte ioſeph nobilis gn̄e. mēte nobilior plane fili⁹ dauid. nō tā tū carne. ſed fide ſanctitate. ⁊ deuotione. Quē tāq̄ꝫ alterū dauid dn̄s inuenit ſecūdum cor ſuū. cui tuto cōmitteret ſacratiſſimū ſui cordis archanū. Cui tanq̄ꝫ alteri dauid ī certa. ⁊ occulta ſapīe ſue manifeſtauit. ⁊ dedit illi nō ignarū eē miſterij. qđ nemo ꝑncipuꝫ huius ſeculi cognouit. Cui deniqꝫ datū eſt ꝙ multi reges. ⁊ ꝓphete. cū vellēt videre. nō viderūt. ⁊ audire: ⁊ non audierūt. nō ſolū audire. ⁊ videre. ſed ⁊ portare. deducere: amplecti: deoſculari. nutrire. ⁊ cuſtodire. nō tantū aūt ioſeph. ſꝫ ⁊ maria deſcēdiſſe credenda eſt de domo dauid Alioqn nō fuiſſet deſponſata viro de domo dauid. ſi nō eēt ⁊ ipſa de domo dauid. Ambo igiť de domo dauid. ſed in altera cōpleta eſt veritas. quā iurauit dn̄s dauid. altero tm̄ cōſcio: ⁊ teſte adimplete promiſſionis. in fine aūt verſus. Et nomen inquit virginis maria: loquamur pauca ſuꝑ hoc nomine qđ interpretatū maris ſtella dicit. ⁊ matri virgini cōuenient aptať. Ipſa nāqꝫ aptiſſime ſideri comparatur. q: ſicut ſine ſui corruptione ſidus ſuū emittit radiū. ſic abſqꝫ ſui leſione virgo parturiuit filium. Nec ſideri radius ſuā minuit claritatē. nec virgini filius ſuā integritatem Ipſa ergo eſt nobilis illa ſtella ex iacob orta cuius radius vniuerſuꝫ orbē illuminat: cuius ſplēdor ⁊ ꝑfulget in ſupernis. ⁊ inferos penetrat: terras etiā perluſtrās. ⁊ calefaciens magis mētes. q̄ꝫ corpora. fouet virtutes. excoquit vicia. Ipſa ē inq̄ꝫ preclara. ⁊ eximia ſtella ſuꝑ hoc mare magnū. ⁊ ſpacioſum neceſſario ſublimata. micās meritis illuſtrans exemplis. O quiſquis te intelligis in huius ſeculi ꝓfluuio magis inter ꝓcellas. ⁊ tempeſtates fluctuare. q̄ꝫ per terrā ambulare. ne auertas oculos a fulgore hui⁹ ſideris. ſi nō vis obrui procellis. Si inſurgant venti temptationum. ſi incurras ſcopulos tribulationū reſpice ſtellam. inuoca mariam. Si iactaris ſuperbie undis ſi ambitionis. ſi detractionis. ſi emulationis reſpice ſtellā. inuoca mariā. Si iracundia. aut auaricia. aut carnis illecebra nauiculam concuſſerit mētis: reſpice ad mariam. Si criminum īmanitate turbatus cōſcien-

tie feditate cõfuſus:iudicij horro‑
re pteritus:baratro icipias abſor‑
beri triſtitie:deſperationis abyſſo:
cogita mariã. In periculis: in an‑
guſtijs:in reb⁹ dubijs mariã cogi
ta:mariam inuoca:nõ recedat ab
ore:nõ recedat a corde:ꝛ vt impe‑
tres eius orationis ſuffragiuꝫ: nõ
deſeras conſeruationis exẽplum.
Ipſam ſequẽs non deuias:ipſam
rogãs nõ deſperas.ipſaꝫ cogitans
nõ erras. Ipſa tenẽte nõ corruis:
ipſa ꝓtegente nõ metuis:ipſa du‑
ce nõ fatigaris.ipſa ꝓpicia perue
nis:ꝛ ſic in temetipſo experieris. q̃
merito dictũ ſit.ꝛ nomen virginis
maria. Sed iã modice pauſanduꝫ
eſt.ne ꝛ nos in trãſitu claritatẽ tã‑
ti luminis intueamur. Ut eniꝫ ver
bis apoſtolicis vtar.bonũ eſt nos
hic eſſe.ꝛ libet dulciter contẽplari
in ſilentio.qd laborioſa nõ ſufficit
explicare locutio. Interim autẽ ex
deuota ſintillantis ſideris ꝯtẽpla
tione feruentior reparabit̃ in hijs.
que ſequunt̃ diſputatio.

Omelia tertia.

l Ibenter vbi mihi cõgrue
re video.verba ſanctorum
aſſumo.quo vel ex vaſculo
rũ pulchritudine gratiora fiant.q̃
in eis lectori appoſuerim.vt anteꝫ
a ꝓpheticis verbis incipiã.ve mi‑
hi nõ quidẽ ſicut ꝓpheta q2 tacui.
ſed q2 locut⁹ ſum.qm̃ vir polutus
labijs ego ſum. Heu quot vana.
quot falſa.quot turpia.ꝑ hoc ipm
ſpurciſſimũ os enomuiſſe me reco
lo.in quo nũc celeſtia reuoluere p̃
ſumo. Uehemẽter timeo ne.iaꝫ iã
audiã ad me dcm̃. Quare tu enar
ras iniuſtitias meas.ꝛ aſſũmis te
ſtamẽtũ meũ per os tuũ: vtinaꝫ ꝛ
mihi de ſupno altari.nõ qdem car
bo vnus.ſed ingẽs globus igneus
afferatur.que videlicet multã.ꝛ i‑
ueteratã prurientis oris mei rubi
ginẽ ad plenũ excoquere ſufficiat.
quatenus angeli ad virginẽ.ꝛ vir
ginis ad ipſum grata inuicẽ.ꝛ ca‑
ſta colloquia dignus habear meo
qualicũqꝫ replicare ſermone. Ait
enim euangeliſta. Et ingreſſus an
gelus ad eam haud dubiũ qn ad
mariã dixit. Aue gratia plena dñs
tecum. Quõ ingreſſus ad eã. Pu‑
to in ſecretariũ pudici cubiculi vbi
illa fortaſſis clauſo ſuper ſe hoſtio
orabat patrẽ ſuum in abſcondito.
Solent angeli aſtare orantibus.ꝛ
delectari in his quos vidẽt leua‑
re puras manus in oratiõe.ꝛ holo
cauſtũ ſancte deuotiõis gaudẽt ſe
offerre deo in odorẽ ſuauitat̃.ma‑
rie aũt orationes quãtum placue
rint in ꝯſpectu altiſſimi:ãgelus idi
cauit.qui ingreſſus ad eã tã reue‑
uerenter ſalutauit. Nec fuit diffici
le angelo per clauſam hoſtiũ pene
trare.ad abdita virginis.qui vtiqꝫ
ex ſubtilitate ſue ſubſtantie hoc hꝫ
i natura.vt nec ſeris ferreis arcea
tur eius ingreſſus.quocũqꝫ ſu⁹ eũ
impetus ferat. Angelicis .n. ſpiri‑
tibus parietes nõ obſiſtunt ſꝫ cun
cta illis viſibilia cedunt:cuncta eq̃
corporea quantũlibet ſolida. vel
ſpiſſa penetrabilia ſunt eis.ac per‑
uia. Suſpicandum igitur nõ eſt: ꝙ
apertum inuenerit angelus hoſtio

lum virginis. cui nimirum in pro
poſito erat hominū fugere frequē
tias. vitare colloquia. ne vel oran
tis perturbaretur ſilentiū. vel con
tinētis caſtitas tēptaretur. Clauſe
rat itaqꝫ etiā illa hora ſuum ſuper
ſe habitaculū prudētiſſima virgo.
ſed hominibus non angelis. Pro
inde etſi potuit ad eaꝫ intrare an
gelus. ſed nulli hominū facilis pa
tebat acceſſus. Ingreſſus ergo an
gelus ad eaꝫ dixit. Aue gratia ple
na: dominus tecū. Legimus ī acti
bus apoſtolorū: ꝛ ſtephanū plenū
gratia: ꝛ apoſtolos repletos fuiſſe
ſpiritu ſancto: ſed lōge diſſimiliter
a maria. Alioqn nec in illo habita
uit plenitudo diuinitatis corpora
liter. queadmodū in mariā: nec il
li ꝯceperūt de ſpū ſcō quō mariā.
Aue inquit gratia plena: dn̄s te
cū. Quid miꝝ ſi gratia plena erat
cū qua deus erat. Sed hoc potiuſ
mirandū eſt: quō qui angeluꝫ mi
ſerat ad virginē: ab angelo inuen
tus eſt eē cū virgine. Itane velo
cior angelo fuit deus: vt feſtinan
tē nunciū celerior ipſe preueniret
ad terras: Nec mirū. Nā cū eſſet
rex in accubitu ſuo: nardus virgi
nis dedit odorē ſuū: ꝛ aſcendit in
ꝯſpectu glorie eius fumus aroma
tū: ꝛ inuenit gratiā corā oculis do
mini clamātibus qui circūſtabāt.
Que eſt iſta: que aſcēdit per deſer
tū ſicut virgula fumi ex aromati
bus mirre: ꝛ thuris. Statimqꝫ rex
egrediens de loco ſcō ſuo exulta
uit vt gigas: ad currendam viam.
Et licet a ſūmo celo egreſſis eius:
nimio tamē p̄uolans deſiderio p̄
uenit ſuū nunciū deus: ad virginē
quā amauerat: quā ſibi elegerat:
cuius decorē cōcupierat. Quē ꝓ
ſpiciens a longe venientem gratu
lans: ꝛ exultās ait eccleſia. Ecce ve
nit iſ ſalens in montibꝰ tranſiliēs
colles: Merito aūt cōcupiuit rex
decorē virginis. Fecerat enim qc
quid longe ante p̄monita fuerat a
patre ſuo dauid dicente ſibi. Au
di filia. ꝛ vide: ꝛ inclina aurē tuaꝫ:
obliuiſcere populū tuū: ꝛ domum
patris tui. Et ſi hec feceris: concu
piſcet rex decorē tuū. Audiuit qp
pe: ꝛ vidit: nō vt quidā: qui audiē
tes nō audiunt: ꝛ vidētes nō intel
ligūt: ſꝫ audiuit: ꝛ credidit: vidit:
ꝛ intellexit. Et inclinauit aurē ſuaꝫ
ad obedietiā: ꝛ cor ſuū ad diſcipli
nā. Et oblita eſt populū ſuū: ꝛ do
mū patris ſui: qꝛ nec populū ſuuꝫ
augere ꝓlis ſucceſſione: nec domi
ni patris ſui reliquere curauit he
redē: ſꝫ qcquid honoris in populo
qcqd de paterna domo: de rerūqꝫ
terrenarū ſubſtātia habere potuiſ
ſet: oīa arbitrata ē quaſi ſtercora:
vt xp̄m lucrifaceret. Nec fefellit eā
ītētio: qñ ꝛ xp̄ꝫ ſibi filiū vēdicauit:
nec ꝓpoſitū pudicitie violauit. bn̄
igiť gr̄a plena: q̄ ꝛ ꝟginitatis gr̄aꝫ
tenuit ꝛ inſup fecūditatis gloriaꝫ
acqſiuit. Aue inqt gratia plēa: do
minus tecū. Nō dixit dn̄s ī te: ſed
dn̄s tecū: deꝰ eniꝫ: q vbiqꝫ eq̄liter
totꝰ eſt p ſuā ſimplicē ſubſtantiaꝫ:
alit tn̄ in rōnabilibus creaturiſ: q̄
in ceteris: ꝛ ipſarū aliter in bōis:
q̄ in malis ē p efficatiā. Ita ſane

eſt in irrationabilibus creaturis: vt tñ nõ capiat̃ ab ipſis. At rationabilibus aũt omnibus qdẽ capi põt p cognitionẽ. ſʒ a bonis tm̃ capit̃ etiã p amorẽ. In ſolis ergo bonis ita eſt. vt ſit etiam cũ illis ipſis p ↄcordiã voluntatis. nã dũ ſuas volũtates. ita iuſtitie ſubdunt. vt deũ nõ dedeceat velle. qđ ipſi volunt. ꝓpter hoc ꝙ ab eius volũtate nõ diſſentiunt. deũ ſibi ſpiritualiter iungũt. Sʒ cũ ita ſit cũ oĩbus ſcis. ſpũaliter tñ cũ maria. cũ qua vtiqʒ eniʒ tanta ↄſenſio fuit. vt illius nõ ſolũ voluntatẽ. Sed etiam carnẽ ſibi ↄiungeret. ac de ſua. virginiſqʒ ſubſtãtia vnũ xp̃ʒ efficeret vel potius vnus xp̃s fieret. q etſi nec totus de deo. nec totus de virgine. totus tñ dei. ⁊ totus virginis eſſet. nec duo filij. ſʒ vn⁹ vtriuſqʒ filius. Ait itaqʒ. Aue gratia plena. dñs tecũ. nec tm̃ dñs fili⁹ tecum. quẽ tua carne iduis. ſed ⁊ dñs ſpiritus ſcũs. de quo ↄcipis. ⁊ dñs pr̃ q genuit. quẽ ↄcipiſ. Pater inquã tecũ. q ſuũ filiũ facit. ⁊ tuũ. Filius tecũ. q ad ↄdendũ in te mirabile ſacramentũ miro mõ ⁊ ſibi reſuat genitale ſecretũ. ⁊ tibi ſeruat virginale ſignaculum. Spũs ſanctus tecũ. qui cũ patre ⁊ filio tuum ſanctificat vterũ. Domin⁹ ergo tecũ. Benedtcta tu in mulieribus. libet adiungere. qđ eliſabeth cuius hec verba ſunt. ꝓſecuta ſubiunxit. Et benedictus fruct⁹ vẽtris tui. non qꝛ tu bñdicta ideo benedict⁹ fructus ventris tui. ſed qꝛ ille te pꝛeuenit in benedictionibus dulcedinis. iõ tu benedita. Uere etenĩ benedictus fruct⁹ ventris tui. in quo benedicte ſunt oẽs gentes. de cui⁹ plenitudine tu quoqʒ accepiſti. cũ ceteris ⁊ ſi differẽti⁹ a ceteris. Ac ꝓpterea bñdicta qdẽ tu. ſʒ in mulieribus. Ille vero bñdict⁹ non in hoĩbus. nõ inter angelos. ſed q ẽ vt ait apoſtolus. ſup oĩa de⁹ benedict⁹ in ſecula. Dicit̃ bñdict⁹ vir. bñdictus panis. bñdicta mulier. bñdicta terra. vel ſi qd tale in creaturis benedictũ eſſe memoꝛatur Sed ſingulariter bñdictus fruct⁹ vẽtris tui. cũ ſit ſup omnia de⁹ bñdictus in ſecula. Bñdict⁹ ergo fructus vẽtris tui. Bñdictus in odoꝛe. bñdictus in ſapoꝛe. bñdictus in ſpecie. Huius odoꝛiferi fruct⁹ fragrãtiã ſentiebat. quẽ dicebat. Ecce odoꝛ filij mei ſic̃ odoꝛ agri pleni. cui bñdixit dñs. An nõ vere bñdictus. cui bñdixit dñs: De ſapoꝛe huius fructus quidam. qui guſtauerat taliter eructuabat dicẽs. Guſtate. ⁊ videte. quoniam ſuauiſ eſt dominus. Et alibi. Quam magna multitudo dulcedinis tue domine. quam abſcondiſti timentib⁹ te. Et alius qdã. Si tñ inqt guſtaſtis ꝙ̃ dulcis dñs. Et ipſe de ſe iuitãs nos ad ſe. q edit me adhuc eſuriet. ⁊ q bibit me adhuc ſiciet. vtiqʒ pp ſapoꝛis dulcedinẽ hoc dicebat. qꝛ ſemel guſtaſt⁹ magiſ excitat appetitũ. Bonus fruct⁹. q aĩarum eſurientiũ. ⁊ ſitientium iuſtitiam. ⁊ eſca. ⁊ potus eſt. Audiſti de odoꝛe Audiſti ⁊ de ſapoꝛe. Audi ⁊ de ſpecie. Si enim fructus ille moꝛ-

tis non ſoluʒ ſuauis fuit ad veſcē-dum:ſed etiam teſte ſcriptura delectabilis aſpectu: quanto magis huius vitalis fructus viuificū de corē debemus inquirere:in quē te ſte alia ſcriptura deſiderāt angeli ꝓſpicere: Cuius pulchritudinem in ſpiritu videbat:ꝛ in corpore videre cupiebat:q dicebat. Ex ſyon ſpecies decoris eius. Et ne mediocrē tibi videreť cōmēdaſſe decorē recole ꝙ in alio pſalmo legiť. Speciosus forma p̄filiis hoīum: diffuſa eſt gratia in labiis tuis. propterea benedixit te deus in eternum. Benedictus ergo fruct⁹ vētris tui cui benedixit de⁹ in eternū. Ex cuius bn̄dictione:benedicta etiaʒ tu in mulierib⁹:qꝛ nō pōt arbor mala bonū fructū facere. Benedicta tu inꝙ̄ in mulierib⁹:que illā generalē maledictionē euaſiſti:qua dictum eſt:in triſticia paries filios:ꝛ nihilominus nec illā aſſecuta es: maledicta ſterilis in iſrael:ſed ſingularē ꝯſecuta es benedictioneʒ: vt nec ſterilis maneas:nec cuʒ dolore parturias. Dura ꝯditio ſuper oēs filias eue. Et ſi pariūt cruciāťur:ꝛ ſi nō pariūt maledicunť. Et dolor ꝓhibet parere: ꝛ nō parere maledictio. Quid facies virgo: q̄ hec audis:ꝛ que hec legis: Si parturis anguſtiaris. ſi ſterilis maneſ malediceris. Quid eliges prudēs virgo: anguſtie īquit mihi ſunt vndiqʒ. Meli⁹ eſt tn̄ mihi maledictū incurrere:ꝛ caſta ꝑmanere:ꝙ̄ prius quidē cōcipere ꝑ ꝯcupiſcentiā: qd merito poſt cū dolore parturiā hinc etenim etſi videro incurrere maledictū:ſed nō peccatum illinc vero ꝛ peccatū ſimul: ꝛ cruciatuʒ eſt. Deniqʒ hoc maledictio: quid aliđ ē ꝙ̄ hoīuʒ exprobatio: Neqʒ ob aliud ſane diciť maledicta ſterilis:niſi ꝙ opprobrio:ꝛ cōtēptui ſit habēda tanꝙ̄ inutilis: ꝛ infructuoſa. ꝛ hoc in iſrael tm̄. Mihi āt pro minimo ē:ꝙ hoībus diſpliceo dū me poſſim virginē caſtā exhibere xp̄o. O virgo prudēs. O virgo deuota:qs te docuit: deo placere virginitatē: Que lex: que iuſtitia que pagina veteris teſtamenti:vel precipit:vel ꝯſulit:vel hortatur in carne nō carnaliter viuere. ꝛ ī terris angelicā ducere vitā: vbi legeras beata virgo: ſapientia carnis mors eſt: ꝛ curā carnis ne ꝑfeceritis in deſideriis:vbi legeras de ꝟginibus:qꝛ cantant canticū nouū qđ nemo alius cātare poteſt: ꝛ ſequunť agnū quocūqʒ ierit. vbi legeras laudatos eē:q ſe caſtrauerūt ꝓpter regnū dei. vbi legeras. ī carne eniʒ ambulātes nō ſcđʒ carnē militamus:ꝛ qui iungit matrimonio virginē ſuā bn̄facit: ꝛ q nō iungit melius facit. vbi audieras: volo vos eē ſicut meipſuʒ: ꝛ bonū eſt homini ſi ſic permaneat ſecundū meū ꝯſiliū: De virginib⁹ inqt preceptū dn̄i nō habeo:ꝯſiliuʒ aūt do. Tu vero nō dicā p̄ceptum:ſed nec conſilium:nec exemplū: niſi ꝙ vnctio eius docebat te de oībus: ꝛ ſermo dei viuus ꝛ efficax: ante tibi fact⁹ eſt magiſter ꝙ̄ filius:prius inſtruxit mentē ꝙ̄ indueret car

nem. Chriſto ergo te deuoues exhi
bere virginem. et neſcis quod ipſi te ex
hiberi oporteat. et matrē. Eligis in
iſrael eſſe contemptibilis. et vt illi pla
ceas cui te probaſti maledictū in-
currere ſterilitatis. Et ecce maledi-
ctio in benedictionē mutatur. ſteri
litas fecunditate recōpenſat. Ape
ri virgo ſinū expāde gremiū. para
vterū: quia ecce facturus eſt tibi ma-
gna qui potens eſt. in tantum vt pro
maledictione iſrael beatā te dicāt
oēs generationes. nec ſuſpectā ha
beas virgo prudens fecunditatem
que non aufert integritatē. Cōcipies
ſed ſine peccato grauida eris. ſed nō
grauata. paries. ſed nō cū triſticia.
neſcies. viru3 et paries filiū. Qua-
le3 filiū? Illius eris mater cuius de
us eſt pater. Filius paterne clari-
tatis erit corona tue caſtitatis. Sa
pientia paterni cordis erit fructus
vteri virginalis. Deū deniq3 pies
et de deo concipies. Confortare ergo
virgo fecunda. caſta puerpera. ma
ter intacta. quia nō eris ī iſrael vltra
maledicta. neq3 inter ſteriles depu
tata. Et ſi adhuc malediceris ab iſ
rael ſecūdū carnē. nō quia ſterilē vi-
dent. ſed quia fecundā inuident me-
mento. quod et xps maledictū pertulit
crucis qui te ſuā matrē benedixit in
celis. ſed et in terris. ab angelo be-
nedicta. et a cunctis generationibus
terre merito beata predicaris. Be
nedicta ergo tu in mulieribus. et
benedictus fructus ventris tui.
Que cū audiſſet turbata eſt in ſer
mone eius. et cogitabat qualis eſſ3
iſta ſalutatio. Solēt virgines. que

vere virgines ſunt ſemper [illegible]
et nunquam eſſe ſecure. et vt ca[illegible]
menda etiā tuta pertime[illegible]
tes ſe in vaſis fictilibus t[illegible]
portare precioſum: et nim[illegible]
eſſe viuere angelum inte[illegible]
et in terris more celeſtiū [illegible]
ri. et in carne celibē ager[illegible]
proinde quicquid nouū [illegible]
ſubitū fuerit ortū ſuſpe[illegible]
inſidias. et totū contra [illegible]
machinatū. Idcirco n[illegible]
ta eſt in ſermone ange[illegible]
eſt: ſed nō perturbata. [illegible]
inquit: et nō ſum locu[illegible]
taui dies antiquos. [illegible]
nos in mēte habui. [illegible]
ria turbata eſt. et nō [illegible]
cogitabat qualis eſſe[illegible]
tio. Quod turbata e[illegible]
fuit virginalis. quod nō [illegible]
titudinis. quod tacuit. et co[illegible]
dētie. Cogitabat antē q[illegible]
iſta ſalutatio. Sciebat a[illegible]
virgo: quod ſepe angelus ſat[illegible]
figurat ſe in angelū lucis [illegible]
miū humilis: et ſimplex e[illegible]
tale penitus a ſancto ang[illegible]
bat. et iō cogitabat qualis [illegible]
ſalutatio. Tunc angelus i[illegible]
virginem. et varias eā ſecu[illegible]
re cogitationes faciliime de[illegible]
dens pauidam conſolat. cō[illegible]
dubiam: ac familiariter voca[illegible]
ex nomine: benigne ne timeat [illegible]
ſuadet. Ne timeas inquit ma[illegible]
inueniſti gratiam apud deum. [illegible]
hil hic doli: nihil hic fallacie ē. [illegible]
lam circūuentionem. nullas hic [illegible]
ſpiceris inſidias. Non ſu3 hom[illegible]

ritus.ꝛ dei angelus.non ſa
Ne timeas maria.inueniſti
apud deuꝫ. O ſi ſcires q̃tū
itas altiſſimo placeat quā
d ipſum ſublimitas mane
ico te nec alloquio.nec ob
dignā iudicares. Et qd
ebitā tibi dixeris gratiaꝫ
que inueniſti grām apud
ueniſti qd̓ querebas:in
nemo ante te potuit īue
niſti gratiā apud deū.
ā: Dei:ꝛ hominū paceꝫ
uctionē:vite reparatio
eſt gratia quā inueniſti
Et hoc tibi ſignū. Ec
ꝛ paries filiū ꝛ voca
s ieſuꝫ. Intellige pru
r nomine promiſſi filij
ſpecialē gratiam inue
deum. Et vocabis ait
s ieſuꝫ. Rationem voca
s ponit alius euangeliſta
nterpretante ſic. Ipſe eniꝫ
ciet populum ſuū a pecca
. Duos ieſus lego in typo
nē nūc habemuſ pre mani
ceſſiſſe:ambos populis pre
uoꝝ vnus populū ſuū de
e eduxit.alius populū ſuū
am promiſſionis introduxit.
quidē illos quibus ꝑerant:
ſtibus defendebant. Sꝫ nun
ſaluabant a peccatis eorum.
ūt noſter ieſus :ꝛ a peccatis
at populum ſuū:ꝛ introducit ī
a viuentiū. Ipſe enim ſaluum
iet populū ſuū a peccatis eoꝝ.
uis eſt hic qui etiam peccata di
ittit.vtinā ꝛ me peccatorē digne
tur dn̄s ieſus annumerare populo
ſuo:vt ſaluū me faciat a peccīs me
is. Vere beatꝰ populus cuius iſte
ieſus dn̄s deus eius:qꝛ ipſe ſaluū
faciet populū ſuū a peccatis eorū.
Vereor autē ne multi ſe ꝓfiteātur
eſſe de populo eius quos tamē ipſe
nō habeat de populo ſuo. Vereor
aūt ne pleriſqꝫ.qui quaſi in popu
lo eius religioſiores eē vident̄ ipſe
aliquādo dicat populus hic labijſ
me honorat:cor aūt coꝝ longe eſt
a me. Nouit aūt dn̄s ieſus q ſunt
eius:nouit quos elegerit a princi
pio. Quid vocatis me ait dn̄e dn̄e
ꝛ nō facitis que dico. Vis ſcire an
pertineas ad populū eius vel po
tius vis eſſe de populo eius : Fac
que dicit ieſus. Et computabit te ī
populo ſuo. Fac que iubet in euā
gelio dn̄s ieſus.que iubet in lege.ꝛ
ꝓphetis.que iubet per miniſtros
ſuos.qui ſunt in eccleſia. obtēpera
eius vicarijs prepoſitis tuis nō tā
tum bonis.ꝛ modeſtis. ſed etiā di
ſcolis:ꝛ diſce ab ipſo ieſu.quia mit
tis eſt.ꝛ humilis corde. ꝛ eris de
beato populo eius:quē elegit ī he
reditateꝫ ſibi eris de laudabili po
pulo eius quē dominus benedixit
dicens opus manuū mearū tu es
hereditas mea iſrael. Cui ne forte
iſrael carnalem emuleris.ꝛ teſtimo
niū perhibet dicens populus quē
non cognoui ſeruiuit mihi in audi
tu auris obediuit mihi. Sꝫ audia
mus quid idem angelus ſentiat d
illo:cui necdū cōcepto tale indidit
nomen. Ait nāqꝫ hic erit magnꝰ:ꝛ
filius altiſſimi vocabitur. Bene ma

exacerbauit dominū peccator. ſecundū multitudinem ire ſue non q̄ret. Nō ꝓpter fornicationes: inceſtus: aut ſacrilegia. nihil hoꝝ: ꝓpheta memorat: ſed ꝙ i corde ſuo dixerit nō requiret. Sermo cordis affectio eſt: ⁊ dicere nō reqret non expaueſcere requiſiturū. hec ipietas: cui ſm multitudinē ire ſue mi ſeret̄ de⁹: nec q̄rit: nec arguit: nec flagellat: nec vlciſcitur in adinuētiones eoꝝ: ſicut de moyſe. ⁊ aarō. ⁊ ſamuele legim⁹. quibus nimiruꝫ ꝓpicius fuit: Sed expreſſe ⁊ ſignāter cui⁹ ſit hec impietas audiam⁹. ¶ Miſereamur impio: ait dominus velut in ꝯſilio angelorum. et ꝯgregatione deliberans. Nec eos latuit crudeliorem omni indignatione miſericordiam iudicem meditari: qua non diſcat homo iuſticiam facere ſed obdormiſcens miſer: ⁊ dicens: oblitus eſt deus: auertit faciem ſuam: dies ſuos ducat ī bonis. in puncto ad inferos deſcēſurus. Et cum dixerit pax: ⁊ ſecuritas. tunc ſubitaneus ei ſuperueniat interitus: nec effugiat. Et nō diſcet inquiunt facere iuſticiam: in terra ſanctorū iniqua geſſit ait dominus: ac ſi diceret. nolo diſcat iuſticiam facere: inuēta ē iniquitas eius ad odiū. An adhuc q̄renduꝫ eſt: qs iſte ſit īpius: In terra ingt. s. ini. ge. in eccleſiaſticis poſſeſſiōibus: q̄ ſanctorū fuerāt vſibus aſſignate: i domo dei quā ſanctitudo decet: de qua paulus diſcipulū ſtudioſe ſollicitās: vt ſcias ingt quomō te oporteat ꝯuerſari in domo dei. q̄ ē eccleſia dei: colūna ⁊ firmamētū veritatis. In clero qppe. tāq̄ in celo gerens iniqua: qd niſi de miſterio iudicetur. Celeſte tenet officiū: angelus dñi. exercituū fact⁹ eſt: tanq̄ angelus aut eligit̄: aut reprobat̄. Inuenta qppe in angelis prauitas: ⁊ diſtrictius iudicet̄ neceſſe ē: ⁊ in exorabili⁹ q̄ humana. Age ergo qm̄ iudiciū graue his q p̄ſunt. ⁊ potētes potent̄ tormenta pacient̄. Aſcendat ſupbia tua ſem pſequere regē tuū. Omne ſublime videāt oculi tui. Feſtina multipcare p̄bendas. Inde ad archidiaconat⁹ euola. demū aſpira ad epiſcopatū: ne ibi qdē requiē habiturus: qm̄ ſic itur ad aſtra. quo progrederis miſer: An vt ab alciori gradu ſit caſus grauior: Neqꝫ enī ſic paulatim decides: ſed tāq̄ fulgur in impetu vehementi quaſi alter ſathanas ſubito deicieris. in labore hominum non ſunt inquit: ⁊ cū hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos ſupbia: peccatum diaboli quo ceciderūt q operant̄ iniquitatē. Hec eſt q̄ nō recipit diſciplinam. Curari tenuit. medelaꝫ nō ſubſtinet. vltionē vereor ſup his: ⁊ graue iudiciū. Quidni timeam morſus: ſpiritalē inſaniaꝫ ⁊ animarum freneſim nō ignorās. Sed domini ſunt verba q̄ replico ⁊ eadē ipſi quoqꝫ legunt. ⁊ intelligunt pariter legem quippe ſcientes. In terra inquit ſanctoruꝫ iniqua geſſit. ⁊ non videbit gloriam domini durus eſt ſermo: ⁊ cōminatio valde terribilis. Non videbit

gloriam domini. Quid igitur cete
ra vidiſſe preſtat. Hiccine totꝰ mi
ſericordie finis. Hanc ergo miſeri
cordiam nolo: ꝓcul fiat miſeratio
tam crudelis. ne veniat in eoꝝ cō
ſortium anima mea.

¶ Quis enim vobis miſeri demō
ſtrauit fugere a vētura ira? Quid
preſentem tantopere fugitis iraꝫ?
flagellum timetis declinatis vir-
gam? ⁊ quidem in hac die vrā? q̄
ad pacem vobis. ſed ſi cognouiſſe
tis ⁊ vos. Mutatis non effugitis
penitentiam. Nam malum impu-
nitum eſſe non poteſt. Non punit̄
hic propria volūtate: punietur ali
bi ſine fine. Miſera ſane: ⁊ extre-
me plena demētie cōmutatio: hu-
manū declinare laborē. ⁊ paratuꝫ
diabolo ſtridoreꝫ eligere ſempiter
num. Animaduertite ſiquidē ⁊ vi-
dete. non hominibus. ſed diabolo
⁊ angelis eius ignem illum eē pa-
ratum. Ille enim hoſtis. ⁊ lupus.
nos autem populus eius ⁊ oues
paſcue eius. Illi ſecuris ⁊ malleus
nobis flagellum ⁊ virga debet̄. Il
lius iniquitas inuenta ad odiū ſu
um habuit carcerē: vbi nulla redē
ptio. vñ nemini liceat reſpirare. mi
hi ſane ⁊ labore tollerabilior car-
cer. ⁊ tēpore breuior aſſignat̄. vbi
cū iratus fuerit dñs miſericordie.
recordetur. redemptionē ſuo mit-
tens populo copioſam. Deniqꝫ tē
pus mihi cōſtituit. Mihi dicit do
nec. illi parat eternū. In ſudore in
quit vultus tui comedes panem
tuum. donec in terrā de qua ſum-
ptꝰ es reuertaris. peſſimus ille an
gelus de terra ſumptus nō eſt. nec
in terram aliqñ rediturus. ꝓpte
rea non hꝫ donec. ſed ignis ei pa-
tur eternus. Minime igitur expe-
dit tibi. vt in ſapientia huius ſecu
li. arctoris ſeculi nō vereamur fru-
ſtrari iudiciuꝫ. ⁊ deludere velle ſen
tentiam. declinando videlicꝫ labo
rē hoīum. ⁊ ſudoreꝫ. acſi nullo mō
nos contingere videatur qđ ade
dictum eſt. Aut non in eo ſentētiā
laboris exceperimus. in quo ſine
exceptiōe peccauimus omnes. aut
non cōmunis culpe nihilominus
eſſe debeat pena communis.

¶ Forte enim aliqui dicāt. Quid
peccamus? Bona eſt oīs creatura
dei. noſtra licite poſſidemꝰ. noſtris
vtimur facultatibus a rapinis et
latrocinijs abſtinentes. Enimue-
ro non paſcetis in cruce coruos.
Ego ſane diuitem illum cuius ſal-
uator meminit in euāgelio. in nul-
lo horum audio accuſari. Indue-
batur purpura ⁊ byſſo. quotidie
epulabatur ſplendide: ſi crudelita
tis arguitur. ꝙ ſubſtantiam mūdi
habens. ⁊ videns fratrē ſuū egere
clauſerit viſcera ſua ab eo qñ diui
ti deeſt? Quātos videtis ⁊ ipſi la
ʒaros eſurientes. nudos. egrotos.
⁊ plus de iumentis veſtris. plus
de eorum falleris. q̄ꝫ de iſtoruꝫ mi
ſerijs cogitatis? Sed ad tremen-
dum habrae iudicium veniamus.
non enim habrae ſed dei ſententi-
am eſt. Memento inquit fili ꝙ re-
cepiſti bona in vita tua. ⁊ lazarus
ſimiliter mala. Uerum vtrumqꝫ ē.
nō poteſt omnino negari. Fer ſen-

tentiam quia paucis expreſſa toti us ſumma negocij eſt. Ille bona: ⁊ iſte mala recipit. Quid modo: Nunc autem inquit. hic conſolatur: tu vero cruciaris. Expergiſcimini ebrij: ⁊ flete. Terribilis enim deus in iudicijs ſuper filios hominum: eſt heccine cruciatuum cā tota: ꝙ in hoc ſeculo bona recepit: Ipſa plane. Neq; enī ad hoc nos de paradiſo voluptatis animadnerſio diuina eieciſſe videtur: vt alterum ſibi hic paradiſum adinuētio humana pararet: homo ad laborem natus: ſi laborem refugit: non facit ad quod natus ē: ad qđ venit ī mundum. Quid respondebit ei: qui miſit eum: qui inſtituit vt laboraret: Memento ait: ꝙ recepiſti bo. in vi. tu. ⁊ laſ. ma. Nūc autem hic conſolatur: tu vero cruciaris. Quid dicemus ad hec: ſi talis finis. ⁊ tale iudicium. vt extrema gaudij luctus occupet. Nunquid non preferenda ſunt in hoc ſeculo mala bonis: Quippe nec illa vera bona: nec illa vera mala eſſe manifeſtum eſt. Vera poti⁹ ſententia ſalomonis. Melius eſt ire ad domum luctus: ꝙ̄ ad domum conuiuij. Ceterum ſi ſic cruciandi ſunt: qui in vita ſua bona recepe rint. ⁊ habentibus conſolationem preſentem: ve repoſitum eſt ſempiternum. cum in ſupiorib⁹ inuenti ſint aliquid de ſapientie carnis. ſcientes moribus. ⁊ per omnia reprobare malum ⁊ eligere bonū. quisnam eorum poterit eſſe finis: ſi ſecundum multitudinem conſolationum ſuarum dolores apprehenderint animas miſeroꝝ: Conſequēs enī videtur vt bona omnia ⁊ omnem ſeculi huius recipientes conſolationē: nihilominus vniuerſuꝫ ve: ⁊ vniuerſi maneant cruciatus. An vero ⁊ illud eque ex eadeꝫ habrae ſententia coniciendum videtur. eo qui contrario ducti ſpiritu vite pſentis omnia bona reſpuūt ⁊ eligunt mala. omnia quoq; bona domini. ⁊ omneꝫ habituros cōſolationem. Forte enim hoc erat qđ petrus audire voluit. cum tanta fiducia dominuꝫ: tantaq; libertate conuenit. Ecce inquit nos re. o. ⁊ ſe. ſu. te. Quid ergo erit nobis: Nota admodum queſtio eſt: quē admodum petrus cum nil fere ex omnibus habuiſſe ſciatur. tam fiducialiter glorietur ſeſe omnia reliquiſſe. vnde ſanctorum quiſpiaꝫ omnia inquit deſeruit. qui voluntatem habendi dereliquit. Fidelis ſermo ſed forſitā clauſus. ⁊ ipſe. nunquid enim voluntas habēdi omnia ſic complectitur: vt reliquiſſe illam ſit omnia deſeruiſſe: Quis hominum omnia deſiderare poſſit: nedum piſcatur ille: ille pauper ⁊ modicus: Sed quid cuiq; ſufficere poſſit. diligentius inueſtigatio ⁊ facile ē inuenire omnia deſiderantem. neq; enī ponere cō cupiſcentie modum: donec videatur impleta: donec adepta ſit quibus valeat eſſe contenta. Ceteruꝫ nec amator pecunie dicet aliquā

do ſufficit.nec libidinoſus ſaciabitur voluptate. Sic ⁊ crudelis quiſqꝫ ſemper ſanguinem ſitit. Et ambitioſus:aut cupidus laudis humane adeptis dignitatum titulis ſeu fauoribus.nullum exinde capit omnino remedium:ſed deſiderio eſtuat ampliori. Minus autē inuenit requiem. qui ſibi placere cupit:⁊ ſuis.i.quibuſdam fatuis de ſemetipſo teſtimonijs gloriatur dicens. Manus mea excelſa: ⁊ putans ſeſe aliquid eſſe cū nihil ſit.

¶ Vidi ego aliquando quinqꝫ viros quidni frenecticos arbitrarer: primus ſiquidem buccis tumentibus marinam maſticabat arenā. Secundus ſulphureo. aſtans lacui exalantem teterrimum: fetidiſſimumqꝫ geſtiebat haurire vaporem. Porro tertius fornaci incubans vehementer accenſe micantes ſintillas habitātibus excipere faucibus lectabatur. Quartus ſuper pinaculum templi reſidens leuioris aure ſpiritum aperto attrahebat ore:⁊ ſi quominus influere videretur.flabello ſibi ventum ipſe faciebat:ac ſi totum ſperaret aerem deglutire. Quintus ſeorſū poſitus ridebat ceteros: ipſe quoqꝫ ridendus ⁊ maxime:proprias enī carnes incredibili quodam ſtudio ſugere laborabat:nunc man⁹:nūc brachium:nunc alias partes applicans ori. Miſeratus homines: cauſamqꝫ miſerie ſciſcitatus a ſingulis.vnam omnibus eſſe reperio validiſſimam vtiqꝫ famem. Cum vero macilentiſſimas eorū facies contemplatus recordabar ꝓphete.gementis miſerabiliter ⁊ dicentis. Aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panē meum. Quid enim hec vobis inquio proſunt: non ſunt naturales cibi. magis famem hec prouocant q̄ꝫ extingunt. Panis namqꝫ anime iuſtitia eſt. ⁊ ſoli beati qui eſuriunt illum.quoniam ipſi ſaturabuntur. nimirum ad imaginem dei facta anima rationalis.ceteris omnibus occupari poteſt:repleri omnino non poteſt. Capacē dei quicquid deo minus eſt non implebit.

Inde eſt ꝙ naturali quidem deſiderio ſummum quiuis appetere bonum:nullam niſi adepto eo requiem habiturus. Ceterum errāt miſeri non inuenientes viam. ⁊ vt ſcriptum eſt. Ambulāt impij in circuitu.dū minora quoqꝫ bōa q̄rentes.illud ſemper deſiderant.quod ſibi vicinius necdum videtur adepti. Atqꝫ vtinam ſi fieri poſſet cetera omnia obtinuiſſet vnus. eodē proculdubio ⁊ ipſum qui ſibi ſolū deeſſet ſummum vtiqꝫ bonum deſiderio queſiturus. quo cetera quoqꝫ ſemper expetit non adepta. Sꝫ inumera ſunt hec.⁊ a ceteris quoqꝫ pariter requiruntur. Quo valꝫ quiſqꝫ trahit in partē:nec aliquādo poterit hic circuitus peragrari. Vis ꝑuenire. Incipe tranſilire. Alioqn ꝑ̄ripieris miſ̄ i deſiderio terrenorum: ⁊ a ſummo bono eo lōgius inuenieris: quo te amplus

dederis caducis rebus. ⁊ tranſito rijs appetēdiſ. In circuitu ſiquidē ambulas. ⁊ ꝙ prope erat in corde ⁊ in ore tuo. ſi corde crederes. ⁊ ore ꝯfitereris. Terga vertēs declinas. ⁊ elongaris ab eo. hinc eſt ꝙ voci feratur dicens. Conuertimini filij hoīum. ⁊ itē. Reuertere. reuertere ſunamitis. reuertere ut itueamur te. An fractuoſa ſiquidē via eſt. ⁊ inambulabilis. faciliuſqꝫ ꝓuenies ſpretis omnibus. ꝙ̄ adeptis.

¶ Ecce nos relinquimꝰ omnia. et ſecuti ſumuſ te. Quid ergo erit nobis? Dignū plane apoſtolica fide. ⁊ deuotione verbū. Jam reliquiſti omnia. iā. dominum petre ſecutus es. ⁊ nunc demū quid ſis acceptu rus interrogas. Vere ſymon vere obediens in auditione auris ſine pacti ꝯuentione. Ad vnius enī iuſſionis vocem petrus ⁊ andreas relictis omnibus ſecuti ſunt redemptorem. Qui ſi hoī carnali ſtulticia forte videtur. audiat qꝺ ſtultū eſt dei ſapiētius eſt hoībus. ⁊ qm̄ placuit deo ꝑ ſtulticiam ꝑ̄dicationis ſaluare credentes: quippe cuꝫ mundus euꝫ in ſapientia minime cognouiſſet. Quantos enim mundi ſapientia maledicta ſupplantat. ⁊ conceptum in eis extingnit ſpiritū. quē voluerat dominus vehementer accēdi: noli inqt ꝑ̄cipitanſ agere. diu ꝯſidera. diligētius intuere. Magnū eſt ꝙ proponis ⁊ opus habes multa deliberatione. Experire inquit. amicos conſule. ne poſt factum penitere ꝯtingat hec ſapientia mundi terrena. animalis. diabolica. inimica ſalutis. ſuffocatrix vite. mater tepiditatis eius. que ſolet deo uomitum ꝓuocare. Caue tibi ait. At quid enim? Cum a deo verbum eſſe non dubites. qd opus eſt deliberatione. vocat magis ꝯſilij angelꝰ: quid alia. ꝯſilia ꝑ̄ſtolaris? Quis enim fidelior: quis vero ſapientior illo? Deduc me domine: ⁊ deducar. fortior eſto: ⁊ inualeſce. Noui ego que nā ſint: que oportet fieri. cito. Ab ore putei gehenne eripior: ⁊ inducias petam: ⁊ retardabo. ⁊ cunctabor exire. ſi forte interim fiat aliquid? Abſcondi ignem in ſinu meo. ⁊ deliberandum eſt an expergiſcar. an excutiam: an abitiam illum? Magnum omnino eſt ꝙ offertur: ſꝫ eo vtiqꝫ libentiꝰ: ⁊ feſtinantius ſuſcipiendū. ⁊ obuijs arripiendum manibus cum feruore. ⁊ hylaritate. Probet autem ſeipſum qui de ꝓpria virtute preſumit. Nam diuina quidem omnino probata amicos conſulat: qui non legit. Inimici hominis domeſtici eius.

¶ Quid frequentat euangelium? qui euangelio non obedit. At ī eo ſane legimus promittenti cuidam ſequi dominum: ſed defunctum ꝑ̄us patrem ſepelire volenti reſponſum ab eo: vt ſineret mortuoſ ſepelire mortuos ſuos. Alteri quoqꝫ tā tum ſuis qui in domo erāt vale dicere cupienti. nemo inquit mittēs manum ad aratrum ⁊ reſpiciens retro aptus eſt regno dei. Sꝫ quid audierat primꝰ. Magiſter ait. volo te ſequi quocunqꝫ ieris. Cui re-

ſpondit dominus. vulpes inquit foueas habent. ⁊ volucres celi nidum. filius autem hominis nō habet vbi caput reclinet: prudentiaꝫ carnis in fouea vulpis: in nido volucris arguens cordis elationem. Eſt enim interdum videre nō nullos qui relictis omnibus abrenūciare ſeculo diſponentes: cum recte offere velint nolunt diuidere recte calliditate humana totos ſe diuino comittere nutui formidantes: ſed reſeruātes neſcio quid fermenti: vt totam maſſam corrumpant. quod in multis frequenter expertum eſt. Alius ſine duce. ⁊ pceptore ſpeciale ſtudium apprehendere facile cogitans ambulat i magnis. ⁊ mirabilib[9] ſuper ſe: vt vulgo dicitur ſaliēs ante q̄ꝫ vadat. videat caſurus ante q̄ꝫ debeat. Petrus cogitatum ſuuꝫ iactans ī domino ⁊ omnem ſollicitudinē ſuaꝫ in eum proiciens certus ꝙ illi eēt cura de eo: reliquit omnia. ſecutus eſt dominū ne interrogans quidē de premio: donec ex periculo diuitū qđ ſaluator perſequebat̄ ſummeret occaſionem.

¶ Quid ergo erit nobis. Ait illi ieſus. Amē dico vobis. Verbum cōfirmationis premititur: magnū noueris eſſe qđ ſequitur. Amen dico vobis: ꝙ vos qui ſecuti eſtis me ī regeneratione cum ſederit fili[9] hominis ⁊c. Quid eſt quod dicit in regeneratione: aut que eſt hec noua regeneratio. Neqꝫ enim iam ignoramus. quoniam oportet hominem naſci denuo: non ex ſanguinibus: neqꝫ ex volūtate viri. ſed ex aqua: ⁊ ſpiritu ſancto. Ceterum cū nullatenus ad eā regenerationem valeat hec promiſſio pertinere. forte ⁊ altera regeneratione opus eē videtur. nec ſoluꝫ denuo: ſed ⁊ tertio hominem naſci neceſſe eſt. Infelix ego homo ⁊ miſerabilis caſus meus: cui non vna ſufficit. cui duplex ē neceſſaria reparatio. Nimirum ex corpore. ⁊ anima conſtans cecidi totus ſimul: ſimul totus omnino reſurgere non poſſum. an vero dignum non eſt. vt ea que videtur potior priorqꝫ portio reparet̄. At ipſam ſane animam eē. nemo ſane mentis ignorat. Prior ergo reficiatur. que prior corruit. preſertim ꝙ ab eius culpa. alteri[9] pena prodierit. ⁊ ipſius corruptio corporee quoqꝫ fuerit cā corruptionis. Hinc eſt ꝙ animabus primuꝫ ſaluator aduenit tollere vtriqꝫ peccata mundi: non moleſtias carnis. Qđ ſane manifeſtius docuit in ſe ipſo penis omnibus corpus exponens. animam autem imunem prorſus cuſtodiens a peccato.

Non ſic hodie filij hominum non ſic: ſed anime curam negligunt. curam autem carnis perficiunt ī omni deſiderio. neqꝫ eniꝫ peccare metuūt: ſed puniri. nec virtuti cordis opera datur: ſed valitudini corporis: imo etiam voluptati: de ſcola hypocratis ⁊ epicuri didicerunt. hec. neqꝫ enim ſuis chriſtus diſcipulis. horum quidpiam tradit. ſed diſcite inquit a me. quia mitis ſum et humilis corde. Filij ho-

minum vſque quo graui corde: vt quid diligitis vanitatem. ⁊ queritis mendacium. Tempus hoc animabus non corporibus eſt aſſignatum dies ſalutis vtiqȝ non voluptatis. Omnia tempus habēt animabus nunc operam dare neceſſe eſt. Nam in carne qui ſeminat ſolam erinde metet corruptionem. At nemo inquiunt carnem ſuam odio habuit. verum eſt. ſed celum habens abſque ſcientia dum prodeſſe feſtinat inuenitur obeſſe. Cuȝ enim iudicium carnis ex anima pendeat: carni nihil poteſt vtilius ꝙ̄ ſalus anime prouideri: vt videlicet in tempore ſit reſpectus illius ⁊ ſocia. paſſionis felicitatis quoqȝ conſortium mercatur. Unde apoſtolus inquit. ſaluatorem expectamus dominum noſtruȝ ieſum chriſtū: q reformabit corpus hummilitatis noſtre conſiguratum corpori claritatis ſue. Requieſce ī hac ſpe caro miſera: qui pp animam venit pro te quoqȝ venturus eſt. qui reformauit illam tui quoqȝ non obliuiſcetur in finem. Regeneretur interim anima: ⁊ tanꝙ̄ preſcita ⁊ p̄deſtinata a domino cōformis imaginis filij eius in manſuetudine cordis: ⁊ humilitate. Ipſius enim merito te quoqȝ noueris aliquando regenerandam: ⁊ conformandam corpori eius in gloria ⁊ claritate.

¶ In regeneratione inquit cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſue ſedebitis ⁊ vos ⁊c. Cōſequemini ait. quem ſequimini: vt cum ipſe ſederit. ⁊ vos piter ſedeatis. Quādo enim ille reſedit in mūdo. quando ſubſtitit. quando reclinauit caput. Exultauit ad curēdā viam benefaciendo pertranſijt. qppe nec nidum nec foueā. nec locuȝ habens in diuerſorio. donec opere tandem qd̄ ſuſceperat conſumato ſedendi preceptum mereretur accipere. ⁊ diceret dn̄s dn̄o meo ſede adextris meis. Inſipiens tu q pre ſidere eligis. ꝙ̄ ſedere. querens in itinere diuerticula. Ille miniſtrare venit: non miniſtrari. tu ſupra magiſtrum. ⁊ domino maior. imo nec diſcipulus profecto. nec ſeruus recumbere iam feſtinas. paululū dormies. paululum dormitabis: paululum ꝯſeres manus. ille ſalit in montibus: tranſilit colles. Clamat ad eum anima mea: trahe me poſt te in odorem vnguentorū tuorum curremus: alioquin quando eū remorando: tepeſcendo. pauſando ꝯſequi ſpas: Exultauit ad currendam viam hyllarem ſine dubio diligit ſecutorem. ad brauium peruenisti. necdū apprehendiſti metam. Grandis adhuc reſtat via: noli ſiſtere gradum: noli in medio itinere reſidere. In ſudore inqt vultus tui comedes panem tuū. donec in terram. de qua ſumptus es reuertaris. Ex tunc ſane tempus erit requiei: nimirū quando iam ſpiritus ipſe dicet: vt requieſcas a laborib⁹ tuis. Necdū tn̄ erit cōſumata pax nec dum ſeſſio plena. In regeneratione inquit cum ſederit filius ho-

minis in ſede maieſtatis ſue ſedebitis ꝛ vos.

¶ Felix regeneratio. Quando.n. renaſcar ad ſeſſionem. miſer homo natus ad laborem. O ſi cuiq̄ ſedero totus: cui⁹ modo ne minima q̄dem portio ſedet in quo nil tranqllū: nihil qetū ſedatū nihil. nihil vnq̄ i eodē ꝑmanēs ſtatu. Sedebitis ꝛ vos. O ſeſſio. Quis mihi tribuat. vt dignis exprimā verbis: qđ de ſeſſione hac cordis affectōe concipio. Imo quis tribuat mihi ſeſſionis huius imꝑturbata frui requie quam deſidero. quam cupio. quā requiro. Ecce erunt diri nil i me ſedet. ſed cuncta in motu ſunt omnia nutant. fluctuant vniuerſa poſtremo vbi cōcupiſcit adhuc caro aduerſus ſpiritū. ſpirit⁹ aduerſus carnem. quid nam hominis ſedere videtur. Nec ſola iam concupiſcentia pacē impedit. turbat ſeſſionem. vetat eſſe ſedatum. ſed duplex. quoq; ſecundū corpus miſeꝝ hominē contricio vexat: preſentis doloris: ꝛ mortiſ metu future: nimirum cum ꝛ paſſibile ſit. ꝛ mortale duplex nihilominus animam agitare ſollicitudo videtur ſpei vtiq; ꝛ timoris. Inter hec nempe fluctuat iugiter. donec peccati corpus inhabitat aſcendens vſq; ad celos ꝛ interim vſq; ad abyſſos deſcendens. tabeſcens in maliſ. ꝛ ad bōa nihilominus inardeſcens.

¶ Erit autem cum luteū hoc egredicēs domicilium a timore quidē penitus liberabitur. ſed necdū ab expectatione. Ex tūc enim iam nō erit timor in finibus noſtris. ſed in ſpe ſingulariter conſtituti pſallemus ſinguli mente. ꝛ ſpiritu qđ ꝑlibauerat quomodo qui dicebat conuertere anima mea in requiē tuā. quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte oculos meos a lachrimis pedes meos a lapſu. Ceterum de expectatione idem ipſe ſic ait. Me expectant iuſti: donec retribuas mihi. Nec modo numerum fratrū vt compleatur. ſed ꝛ ipſū corpus: vt ſua regeneratione reſtituatur expectant. Imo non ꝛ expetunt cum deſiderio ſub altare dei vociferantes ad ipſum. ꝛ qui audire meruit potuit ꝛ teſtificari. Nā corpus quidem illo in tempore ſedere quis dicat: dum effluit ꝛ in ſanie: pulueremq; redigitur.

¶ In regeneratione inquit ſedebitis ꝛ vos. Seminatur enim corpus animale: reſurget corpus ſpiritale. Seminat̄ in ignominiā. ſurget in gloria. vbi iam tunc mors victoria tua. Siquidē ꝛ tu inimica nouiſſima deſtrueris. Corpus enim reſurrectionis iam non moritur. mors illi vltra non dominabitur. Sed ꝛ dolor. ꝛ gemitus omniſ abſcedet. quoniam abſterget deus oēm lachrimā: ab oculis ſcōꝝ. ꝛ iā nō erit āplius neq; luct⁹ neq; clamor. ſꝫ neq; vllus dolor. qm̄ priores tranſierunt. Felices lachrime

quas benigna manus conditoris abſterget. ⁊ beati oculi. qui in talibus liqueſieri fletibus elegerũt. q̄ꝫ eleuari in ſuperbia. q̄ꝫ omne ſublime videre. q̄ꝫ auaricie ⁊ petulãtie famulari. Sedebit igitur corpus ĩmortalitatis. ⁊ impaſſibilitatis gemina quadam felicitate dotatum. liberum ab omni neceſſitate. ab oĩ corruptione ſecurum. alienum ⁊ ĩmune ab omni concupiſcentia. plenum gloria configuratum deniqꝫ claritati corporis chriſti. Sedebit ⁊ anima ſicut nil metuens. ſic nec cupiens vltra nimirum plena beatitudine. ⁊ ſecura plenitudĩe fluẽs nullos iam cogitationum fluctus. nullos temptationũ conflict⁹. nullos affectionum ſentiens mot⁹. ſꝫ eterne illi incõmutabilitati ꝓrſus vniuerſa. ⁊ ſic adherẽs deo vt vn⁹ iam ſpiritus ſit facta cum eo.

¶ Sed quando hec aut quib⁹ hec erũt vos ĩgt qui ſecuti eſtis me. cũ ſederit filius hominiſ in ſede maieſtatis ſue ſedebitis ⁊ vos. Iã quidem ſedet filius hominis in ſede maieſtatis. ſi quidem aſcendens ĩ celum. ſedit a dextris dei. ſed cum ſederit dictum eſt. Cum apparuerit ſedens. ſicut apoſtolus ait. Cuꝫ enim chriſtus apparuerit vita veſtra. tunc ⁊ vos apparebitis cũ illo in gloria. An magis audebim⁹ dicere ipſum adhuc ſtare quodãmodo. vtpote cuius necdum ſedes cõſumata videtur. nedum pedibus eius ſcabello ſuppoſito qđ a patre promiſſum eſt: non ꝙ illi plenitudini quiſpiaꝫ deſit. ſed membra caput expectet. Audeat teſtari q̄ meruit intueri. Ecce ait ſtephanus. video celos apertos. ⁊ filium hominis ſtantem a dextris virtutis dei Paulus quoqꝫ ſic ſcribit. chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorum introibit ſemel in ſancta eterna redemptione inuenta. Ceterꝫ in regeneratione corporum ſedebit in ſede maieſtatis: qui pro animarum regeneratione ſtetit ignominioſo ſupplicio crucis. interrogatus contumelijs pariter. ⁊ tormẽtis. nec modo duriſſima morte. ſed turpiſſima condemnatuſ. Quoniã enim obediens patri factus vſque ad mortẽ. mortẽ autẽ crucis propter hoc exaltauit illuꝫ. ⁊ donauit illi nomen. qđ eſt ſuper omne nomẽ vt in nomine ieſu omne genu flectatur. Hec autem dixerim fratreſ vt noueritis que nam ſint duo latera ſcale. que volentibus ſequi dominũ proponũtur aſcendenda. que baſes earum. que capita. que gradus. quorum ſũmitati deus innixus eſt.

¶ Oportet nos ſiquidem domare carnem. calcare mundum. vt voluptatem corporis declinantes. caueamus nihilominus ſeculi vanitatem. hẽ nimirum abhominatõẽs egiptiorum quas imolamus domino deo noſtro. ⁊ totum qđ a via vite ⁊ diſcipline deterret filios hui⁹ ſeculi totum qđ exercet interiꝫ ſeruos dei in his duobus eſt. que ſub vno verſu propheta comendat. vide inquiens humilitatem meaꝫ. et laborẽ meuꝫ. hec ergo ſunt latera

ſcale viſitatis. ⁊ aſperitas. quibꝰ deinceps interne virtutis. ⁊ gratie gradus firmiter inſerantur. Eſt.n. videre homines mundanam gloriam ↄtēnentes. fauorem calcātes populi. non deſiderantes humanū diem. ſed non adeo fortes in tolleratia moleſtie corporalis. nō adeo reicientes mollia: non adeo carnis illecebras ſpernentes. Quid iſtos dixerim. niſi latus alterum non tenere. Porro vni tantum lateri innitentis periculoſus nimis aſcenſus. ⁊ proximus eſt ruine. Quid ſi periclitatur qui circa carnem videtur pluſq̄ oporteat infirmari. licet mundi reſpuat gloriam. nec contumelijs moueatur ꝑfecto lōge horribilius eſt periculum. ⁊ multo magis inexcuſabile: ſiquis forte licet caſtigās viriliter corpus. ⁊ nō parcens eius afflictioni inueniatur tamen minus reſiſtens glorie deſiderio. minus paciens iniuriarum minus puritatis: ⁊ ſordide humilitatis habens: minus imunis a ſeculi vanitate. Quid enim tibi infelix cū his nugis ⁊ calamitatibus. cū hoc faſtu: ⁊ vanitate iſta q̄ nec anime nec corpori ꝓdeſt. Quid irritaris: quid inflammaris ad verbi factum qđ nec carnem vulnerat. nec inquinat mentem. Nihil ſic alienum a natura tua: nil tam ↄtrarium rōni. Neq; enim ſic dicere poſſum. quid tibi cum cibis ⁊ veſtibus. aut frigore vel eſurie quid moueris cū vnita perſonaliter anima nō huic mūdo. ſed corpori. longe minus carnē poſſit odiſſe q̄ mūdū quippe que huic multum debeat. illi nihil. Qui quidem dixerim. non vt voluptas perinde excuſetur. ſed vt vanitas: ⁊ impuritas ante omnia fugiatur ¶ Sane vbi ſic ſtabilieris. ⁊ firmaueris in corde tuo. ⁊ aſperitatē corporalis abſtinentie. ⁊ laboris amplecti: ⁊ omni vilitate: ⁊ extremitate eſſe contentus. bona ſunt latera ſecurus iā inſere gradus exercitij ſpiritalis: vt totum qđ mundo: et carni ſubtrahis. ſtudio pietatis impendas. oblitus que retro ſunt: et extentus in anteriora. vt aſcenſionibus diſpoſitis de virtute proficias in virtutem. vt videre deū deorum in ſyon merearis. Et primum quidem per deſertum proprij cordis. ⁊ conuallem plorationis aſcendens in virgula fumi de hinc iā in ſerenis quidem elapſus aſcendēs. etiam de deſerto delicijs affluens innixus ſuper dilectū. ductus de claritate in claritatem tanq̄ a domini ſpiritu. illo vtiq; qui ſcrutat̄ etiam alta dei. Nec paucos ī hijs gradus inuenies gratie multiformis. verum hec ſpiritualia ſunt. et ſpiritualibus vtiq; comparanda. Nunc vero ad iniciandos potius ſermo dirrigatur. cuius tota intentio eſt reuocare ad cor preuaricatores. Ceterum habent proficiētes editum olim de. xij. gradibus humilitatis ex ſermonis occaſione libellum quos videlicet gradus ille iuſtorum omnium ſpiritu plenus: ⁊ regula ſua tradidit vere per omnia benedictus.

¶ Ille.n. ſpiritualem nobis erexit

ſcalam. cuius vtiqꝫ ſūmitas celos
tangit.qđ in eius glorioſo trāſitu
euidenti legimus miraculo cōmen
datū.beato papa gregorio.ſic ſcri
bente.Inter diſcipulorum manus
imbecilia membra ſuſtentans:ere
ctis in celum manibus ſtetit.ꝛ vlti
mū ſpiritum inter verba orationis
efflauit.Qua.ſ.die duobus fratri
bus vni longius poſito.alteri autē
in cella cōmoranti reuelatio vnius
atqꝫ indiſſimilis viſionis apparuit
viderunt nāqꝫ quia ſtrata pallijs
ꝛ innumeris coruſca lampadibus
via recta orientis tramite ab eius
cella in celum vſqꝫ tendebat. Cui
venerando habitu vir deſuper cla
rus aſſiſtens.cuius eſſet via quam
cernerent inquiſiuit. Illi vero ſe ne
ſcire profeſſi ſunt.qbus ille ait.hec
eſt via qua dilectus domini celum
benedictus aſcendit. Que eſt enim
via ab eius cella progrediens niſi
ordo quem idem vir beatus inſti
tuit.ꝛ forma vite que ab eo ſūpſit
exordium? Qua nimirum via do
mini dilectus aſcendit.quia nō po
tuit vir ſanctus aliter docere:ꝗ vi
xit.Et hec quidem eorum vel maxi
ma fiducia eſt.qui ipſius vtcunqꝫ
ſtudent inherere veſtigijs.ipſum p̄
ceptorem preuiūqꝫ ſequūtur.neqꝫ
enim venire aliquatenus in dubiū
pōt.quin omnino ſacer ſit modus
ꝯuerſationis.ꝛ diuina magis inſpi
ratione atqꝫ conſilio . ꝗ humana
prudentia vel adinuentiōe forma
tus.quo nimirum tantam poſt obi
tum gloriam felicitatis idem vere
benedictus obtinuit. Sed hec ha
ctenus.ne quis forte. qđ longe ſit
ſemper a cordibus veſtris deroga
re nos eis qui ſibi varios ꝓut cui
qꝫ viſum eſt.religioſe viuendi for
mauere modos.ꝗ alios conſolari
ꝛ animare voluiſſe cauſetur. Cau
ſa tamen quā videmus in eccleſijs
hodie formam cleri ne informē di
xerim vitam a quo ſanctorum ha
buerint.quis vnꝗ vel in nouo vel
in veteri teſtamento ſic vixerit.vel
ſic viuere docuerit homines.vtinā
ipſi ſeſe interrogent ſinguli. nec
conſcientias ſuper hec conuenire
proprias diſſimulent. Quantos.n.
videmus ſectatores viarum . que
videntur hominibus quidem bōe
ſed in profundum finis earū infer
ni deſcendit. Quantos aſcenſores
ſcale non cuius ſumitas celos tan
git.ſed que illi omnino contraria ē
habens latera concupiſcentiam car
nis.ꝛ concupiſcentiam oculorum
gradus vero ſupbiam vite que ex
mundo ſunt.nō ex patre? At enim
ſane que vobis cōmēdare volumꝰ
ſcale gradus ꝛ latera ex pie vtiqꝫ
ſunt.nō ex mūdo.cui nimirū innixꝰ
apparuit. Sobrie ait apoſtolus et
pie.ꝛ iuſte viuamus in hoc ſeculo.
Sobrietas voluptatē carnis īpu
gnat iuſtitia ſeculi vanitatē.dū vi
delicet cuiqꝫ reddens qđ ſuū eſt.ꝛ
adulantē deplorat.ꝛ compatitꝰ ira
ſcenti deniqꝫ ꝛ ipſe ſaluator dū ba
ptiſte manibus celſum illum verti
cē inclinaret.ſic inqt decet nos im
plere oēm iuſtitiā.ſolā nimirū hu
militatē iuſtitiā reputās. Exhibea
tur ergo ſobrietas nobis iuſticia ꝓ

ximo pietas deo: pietas enim ipſa eſt cultus dei. Sane vt voluptas et vanitas elationē cordis fouere noſcuntur. ſic ſobrietas. et iuſtitia pietatem. vt inter hec latera de fide in fidem ſpe mediante proficiens ſup eminentiam aliquā teneat caritatis. ¶ Innitūtur hec latera baſibus quas ſuppoſuit artifex ſapiā duobus forſitam lignis crucis. vbi enī ille mulctatur morte. cruce turbat quis ſuorum delicias. ſeu gloriā ſuſtinere queat. ne dum audeat querere. flagellatus chriſtus. et ſputis illitus baiulat ſibi crucē. et ludibrio factus irriſoria veſte arundineo ſceptro. corona ſpinea foditur clauis. annumeratur ſceleratis. in ligno extēdit etiam mortuus vulneratur. et hec intuens qui dicitur xpianus ppriis nihilominus voluptatibus indulgere. et florere velle in ſeculo nulla tenus erubeſcit. Ceterum ſi omnis qui ſe dicit in chriſto manere debet ſicut ille ambulauit. et ipſe ambulare. multo magis qui pro eo manet ſe dicit qui pro eo legatione fungitur: qui ei miniſtrat. ſi eum nō ſequitur inexcuſabilis eſt. Sane niſi abnegauerit ſemetipſum. et tullerit crucē ſuā ſeq eū oīno nō pōt. Quid vere crucē tollere ē. niſi laborē amplecti et humilitatē. Sicut ſcriptum eſt. Elegi abiectus eſſe in domo dei. ¶ Sed fortaſſe minus adhuc firmiter ſtabilia hec videantur. ſi tantū fuerint ſubnixa baſibus non etiam deſuper coherentia capitellis. hinc eſt quod minime ſui contentus exemplis ſaluator etiam premia repromittit. vt quem forte non prouocat imitatio. vel imitatio precedentis. trahat vel deſiderium retributōis. et ſi quis voluptuoſus eſt. illum ſitiat torrētē voluptatis: ſi glorie cupidus. aſpiret ad illā celſitudinem iudiciarie poteſtatis. Sedebitis ait: et vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus iſrael. Ac ſi dicat. pro confuſione veſtrā duplici et rubore pars veſtra laudabitur. propterea enim in terra veſtra duplicia poſſidebitis. letitia ſempiterna erit uobis. In exilio uobis afflictio duplex. humilitatis utique et laboris. ſed conſolamini. et nolite deficere. quoniam in terra ueſtra. terra utique uiuentium duplex uos nihilominus remuneratio manet ſublimitatis. et delectationis. In ſedibus enī quies imperturbatā eſt. in iuditio dignitatis eminentia cōmendatur ¶ Quis uero ſecularis honor excogitari pōt. qui nō prorſus in tante ſublimitatis compatiōe uileſcat non unius ſiquidem ciuitatis. aut populi. ſeu regiōis unius. ſed uniuerſitatis iudices habēt preſidere cum xpo. nec ſolum homines. ſed et ipſos angelos iudicabunt. qui parentes ad modicum uaporem preſentis: glorie dedignantes. et exufflantes improperium chriſti uniuerſis preferunt titulis dignitatum. nolite timere puſillus grex quoniam complacuit patri ueſtro dare uobis regnū diffinitum eſt conſilium. quod nō euacuabitur. propoſitum imutabile perſeuerat. deniqꝫ iurauit dominus. et nō penitebit eū. Amen dico uobis

ꝙ vos qui ſecuti eſtis me in rege/neratione cum ſederit filius homi nis in ſede maieſtatis ſue. ſedebitiſ ⁊ vos iudicantes. Quid glorioſi⁹: Iudicent nunc ⁊ preiudicent ſup/bie filij cum rege ſuo. qui ſibi la/tera aquilonis elegeit. Exaltent ⁊ leuentur ſicut cedri libani. Trá/ſiuimus ⁊ ecce non erunt. Oppri/mant nunc quos poſſunt. blaſphe ment. congregent maledicta. veni/ant ſuper vos opprobria exprobrá tiū chriſto. quoniá merces noſtra copioſa eſt in celis. Gloriáq; ab in uicem habeant vtiq; vanaꝫ. ⁊ mé/dacem. quoniam vani filij hoīum mendaces filij hominū. Gloriam enim que a ſolo deo eſt. nolunt ve ram vtiq; ⁊ manentem. quoniam ipſe eſt. veritas: ⁊ ipſe eſt. qui eſt.

¶ Infelix prorſus ambitio q̃ am/bire magna non nouit. querens ꝺ modico creſcere. ⁊ de maximo mi/nui. Amant enim chatedras ꝑmaſ que velut groſſi ficuum velociter ſunt caſure. Sunt eniꝫ groſſe ꝑme quedam ficus prorſus inutiles. ſo lam habentes ſpem ficuum. nō ſa/porem. nec taꝫ fructus. q̃ꝫ futuroꝝ quedam preſagia fructuū quequi dem ⁊ decidere neceſſe eſt. vt eis alie humano vſui. ⁊ eſui apte ſuc/cedát. Unde ſponſa in cantico cá/ticorum. hyens tranſijt. abijt. ⁊ im/ber receſſit. ⁊ poſt pauca. Ficuſ in/quit protulit groſſos ſuos. ꝙ vide licet perſecutione ceſſante inclita facta ſit eccleſia poſita in ſuperbia ſeculorum. Quam ſane ſublimita/tem. ⁊ excellentiam dignitatum. eō grue ſatis groſſos vocat. vt futura in his moueat q̃ꝫ preſentia cogita re. Que enim vidētur temporalia ſunt. que non videntur eterna. Ca ueant igitur qui primas catedras amant. ne contingat carere ſecun/dis. Et qui primos nūc recubitus eligunt. incipiát cum rubore locuꝫ tenere nouiſſimum. Sedebitis in/quit ſuper ſedes duodecim iudicá tes duodeciꝫ tribus iſrael. Hec iá ficus erunt non vtiq; groſſe. has nimirum ſedes preuiderat: qui de ſuperna ciuitate dicebat. Illic ſe/derunt ſedes in iudicio. ſedes ſuꝑ domum dauid. Illic plane nō hic. Quomodo enim ſedent. quas hic videmus ſedes. que totiēs nutát. totiens titubant: totiens ſubuertū tur. nimirum groſſi ficuū ſūt. quas tenuis aura deicit ⁊ diſpergit. Ce/teruꝫ quid ſibi vult: qꝺ duodecim tribus iſrael. iudicaturos fore pro mittit in quibus etiam mund⁹ ipſe cognoſcitur iudicandus. An quia notus tm̄ adhuc in iudea de⁹ vni uerſitatē fideliuꝫ appellatione. xij. tribuū voluit deſignari. ⁊ quaſi ſo las meminit iudicandas ꝑꝑ illud qui non credit iam iudicatus eſt: Hec enim eſt perfectoꝝ gloria ſin/gularis. inter ipſos etiam eminere fideles: ⁊ ceteris quoq; ſaluandis preeminere auctoritate iudiciarie poteſtatis. vt iuxta illꝺ de pſalmo. ſedeant ſupra domū dauid. Quid iſtud miſerie eſt. ꝙ ad verbum tan te promiſſionis negligentia huma na dormitat.

¶ Popule meus ait dn̄s. Quid ti

bi debui facere. ⁊ non feci. Quid cauſe eſt. ꝙ inimico meo: veſtroqȝ libet ſeruire ꝗ̃ mihi. neqȝ enim ille creauit vos. ſed nec paſcit quidem aut tp̄a vr̃a ipſe diſponit. Si parua hec videntur ingratis. non ille ſed ego redemi vos. Sed quo precio. nō vtiqȝ corruptibilibus auro ⁊ argento: non ſole. vel luna. non ſaltē aliquo angeloꝝ. ſed proprio vos cruore redemi. Ceterū ſi neqȝ tā multiplici iure debituȝ a nobis elicere eſt famulatū. omiſſis his oībus mecū ſaltem ex diurno denario ꝯuenite. nihil nobis ille nocuerit. nihil ipſe videar profuiſſe ei, obtemperate qui plura vobis ⁊ potiora policetur apud quē certior copioſiorqȝ remuneratio eſt. vt illud quoqȝ benigniſſima miſeratiōe diſſimulē ꝙ bonoꝝ noſtroꝝ nō egēs. vobis tm̄modo veliȝ eſſe conſultū ne preſentia ſuſcipere detrectetis: q̄ nūc offero dona gratie. futuris glorie muneribus. eadem coronanda promittens. Quid ad hec conſcientia humana reſpondet. Cū in properari ceperint hec in die iudicij. quomodo miſeri ſuſtinebunt: Quid excuſatiōis poterunt habere de peccato.

¶ Nunquid tunc dicere incipiēt. modo: ecce mō: ſine paululuȝ. Sic enim nunc diſſimulant infelices. et modo. ⁊ mō. non habet modum: ⁊ ſine paululum in longū vadit. Bonus eſt inquiunt deus. qui in ꝑrimo iuuat. Magna quidē diuina promiſſio. ſed longa valde dilatio eſt. Terrenas deſerere ſortes: et necdum obtinere celeſteȝ. afflictio intollerabilis. ⁊ inconſolabilis dolor. Quid accellerare neceſſe ē. vt miſeria prolongetur. Miſeria ꝑrius. ⁊ ſeductoria cogitatio. noua ſi quidem hec querela eſt. nec prolixiorem vitam filij hominis hactenus cauſabuntur. Breues dies hominis ſunt donec conſciētia ſtimulante de penitentia. ⁊ conuerſione vel intus a ſpiritu. vel foris cōmoneantur ab homine. Ex tunc ſane nouū concipitur tedium longioris vite differende mortis oritur fiducia noua. Sed eſto multa tibi ānorum curricula reſtāt. adoleſcēs es vtiqȝ ad ſenectutē victurus ⁊ ſenium. Quid neceſſe habes amittere tempora tanta. perdere tanta lucra. nihil precioſius tempore. ſed heu nihil hodie vilius eſtimatur. Tranſeunt dies ſalutis. ⁊ nemo recogitat. nemo ſibi nō reditura momenta periſſe cauſatur. An putas o homo biennij tantum. aut triennij opus ab omnipotenti poſſe recōpenſari. ſic abreuiata eſt manus domini: vt centum annorum non poſſit remunerare laborem. Sede computa quid diebus ſingulis acquirere valeas: certus eqdē apud deum nullum omnino bonuȝ irremuneratū fore. ⁊ ſicut non capillū de corpore. ſic nec momentū de tēpore periturum. Quid illud ſapiētis conſilium ingerā. ne tardes cōuerti ad dominū. neſcis quid ſuꝑuētura pariat. dies. Quid inſaniā cauſer de futuro tam temerarie p̄ſumentis. quaſi vero tempora: et

momēta pater in tua: ⁊ nō magis in ſua poſuerit poteſtate vel volū tate. Poſtremo: quid de incerto fine: ⁊ qd de certa breuitate labo ris: retributōis eternitate loquar? Nouit dn̄s figmētum noſtrū con ſulit puſillanimitati noſtre: hūane obuiat cogitationi: anxietatē abi git: preuenit trepidationē.

¶ Sequit̄ enim. Et oīs q reliq̄rit patrē aut matrē: aut domum: aut agrū ꝓpter nomē meū: centuplū accipiet: ⁊ vitā eternā poſſidebit. Quid vltra dicetis filij hominum quādo ⁊ in hoc medio. tanta vo bis promiſſa ſunt: vt dormiatis in ter medios cleros. de quib⁹ paulo ante cauſabimini: ⁊ exeuntes a ſor te terrena amplior ſtatim excipiat ꝯſolatio: qua nō modo paciēter: ſ; etiā gratulant̄ expectetis ſortē ſan ctorū in regeneratione ꝓmiſſam? Siquidē ⁊ ipſa expectatio iuſtoꝝ letitia eſt. Cētuplū inquit accipiet ⁊ vitā eternā poſſidebit: Habetis filij adā promiſſionē vite eius: q̄ nūc eſt pariter ⁊ future. vt deſtrua tur oē os loquentiū iniqua: ⁊ con fundant̄ oēs iniqua agentes ſup uacue. An nō ſuperuacue penitus agit iniqua: q nō modo fructuoſi⁹ ſed etiā iocūdi⁹: nō mō ſalubrius: ſed etiā ſuaui⁹ deo poterat ſerui re q̄ mundo. Et attende. ꝙ petro quidē dn̄s tantū de futuro reſpō dit. neq; eni; ſup his. que experie bat̄ preſentialiter heſitare poterat aut opus habebat interrogare: de niq; nō quid nobis eſt dixit. ſ; qd erit. An vero quis dubitat inſtan tis eſſe tēporis centupli promiſſio nem. Manifeſte id quidē ipſa ver borū ꝯſequentia probat: vbi cētu plū accepturi. ⁊ poſſeſſuri dicimur vitā eternam. ceterum nequis om nino impudēti remaneat obſtina tioni locus mitto vos ad euange lium ſecundū marcum. vbi promiſ ſio eadē deſcripta manifeſtius in uenitur. Ait enim dn̄s. aut matrē. aut filios. aut agros. aut domū ꝓ pter me. ⁊ ꝓpter euangeliū. q non accipiat cēties tm̄ nūc in hoc tem pore. Atq; vt vehemētius admit teretur carnalis anima nō ꝑcipiēſ que ſunt ſpūs dei. ſed ſtultitiā re putans: addit ſignanter cū ꝑſecu tionibus. Forte enim cu; audiſſet in tēpore hoc centuplu; promitti. colletabatur etiam de tꝑalibus ex hiberi. ſed ꝑ̄ripit hunc intellectu; nomē additu; ꝑſecutionis. Quid enim terrene eſt ꝯſolationem. qꝺ nō facile terrena perſecutio tollat. Quid terrenū inter perſecutiones ſancti martyres acceperunt. qū ⁊ ip ſa quoq; beatorū corporum terra data eſt in manus hoīu; īpioru;.

¶ Interim tamē vndecūq; centu plū ſint adepturi: dūmodo ſit cētu plū. dū valeat cētuplicit̄. cētuplici ter placeat ꝯſoletur. delectet. amet̄ Quid inſanie eſt ꝙ cunctantur ho mines relinquere ſimpla pro cen tuplis. Ubi eſt cupidus. vbi eſt ambitioſus. vbi conquiſitor huius ſeculi. Quid ad fidele negotium ⁊ nundinas queſtuoſiſſimas auari cia intepuit ⁊ obdormiuit huma na. Cui id iudeo negare. o homo

qui in vanum accepiſti nomen do
mini noſtri ieſu chriſti: cui ſacrile-
go dare qcquid habes pro centu-
plo cũctareris. Sed execrabilis ti-
bi eſt man⁹ dñi: vt nullã ab eo cõ-
mutationẽ recipere: nõ ei in ratio-
ne dati: vel accepti cõicare penit⁹
acquieſcas. An forte nõ ex odio: ſʒ
incredulitate detrectas. naʒ id mi
hi fateor credibilius eſt. nemo enĩ
perire magis optaret minime cui⁹
piam ꝯſolationis obtẽtu. q̃ꝫ in ma
xima exultatione ſaluari. Sed nõ
eſt omniũ fides: ne eorũ quidẽ: q
nomine tenuus ſunt fideles. pote-
rã ſane multorũ vobis exempla ꝓ
ponere. multos ꝓducere teſtes. q
id ꝑfecto ſicut credidere ſicut ſen-
tiunt. ſicut audierũt ſic experiunt̃.
Abundat huiuſmodi teſtimonijs.
huiuſmodi carbonibus deſolato
rijs oĩs natio regiõis. ⁊ omnis lin-
gua vbicũqʒ ſanctorum congrega
tio eſt. Sed quãdo humanis cre-
dat experimẽtis. qui veritati non
credidit ꝓmittenti. Illud ego ve-
hementius arbitror admirandum
ꝙ fideles magis in maximo. q̃ꝫ in
modico videamini nõ enim diffici
le eſt ei dare centupluʒ in preſenti.
qui daturus eſt vitã eternaʒ in fu-
turo. Qui daturus eſt quod nec
ocul⁹ vidit. nec auris audiuit. nec
in cor hominis aſcendit. nõ modo
centuplum dare poteſt.

¶ Sed quõ inquit poſſunt hec fie
ri. qua ratione accipit cẽtuplum. q
nihil ſibi relinquit ex omnibus. nẽ
pe hoc eſt. ꝙ pauloante cõmemo-
raui. Tollite iugũ meũ ſuper vos.
⁊ inuenietis requiem. Mira noui
tas. ſed eius qui noua omnia facit
Iugũ tollens inuenit requiẽ relin
quens omnia centuplum habet.
nouerat hoc ⁊ ille nimirũ homo ſe
cunduʒ cor dei. qui ei loquebatur
in pſalmo. nũquid adheret tibi ſe-
des iniquitatis. qui fingis laboreʒ
in precepto. An non fictus in pre-
cepto labor hon⁹ leue ſuaue iugũ.
Crux inuncta. huius eniʒ rei ſacra
mentuʒ eſt. ꝙ in dedicatione eccle
ſiarum depictas in pariete cruces
oleo ſancto põtifex linit. Sic ⁊ oliʒ
cum habrae dictũ eſt. tolle filium
tuum. quem diligis yſaac. ⁊ offeres
mihi eũ in holocauſtuʒ. labor fict⁹
eſt in precepto. Oblatus ſiquidem
yſaac ſanctificatus eſt: nõ macta-
tus. Et tu igitur. ſi uocem domini
audieris intus in animo. ⁊ dicatur
tibi vt offeras yſaac. tuũ qđcunqʒ
eſt gaudium ĩmoles deo interpre-
tatur enim yſaac gaudiam ſeu ri-
ſus fideliter ⁊ conſtanter obedire
ne timeas. nimirum etſi rem gran
dem tibi dicit propheta facere de-
bes. ⁊ obtẽꝑandũ ei ꝑ oĩa. etiam ſi
oportuerit ipm yſaac iugulari. nũc
aũt qcquid affectio ꝓpria iudicet
ſecurus eſto. ut nõ yſaac. ſed aries
morietur. non peribit tibi leticia.
ſed ꝯtumacia. cuius utiqʒ cornua
nepribus herẽt. ⁊ ſine pũctionib⁹
anxietatis eſſe nõ potes. Temptat
enim te dñs deus tuus. nec macta
bit̃ yſaac ut opinaris. uiuẽs uiuet.
ſʒ eleuatus utiqʒ ſuꝑ ligna. ut in
ſublime gaudeas. nec ĩ carne ꝓꝓa
ſʒ ĩ cruce dñi glorieriſ. ꝑ quẽ nimiꝝ

crucifixus ⁊ ipſe es:ſed crucifixus
mundo.nam ei viuimus.
¶ Hec nimirum conuerſatio per/
fectorum:hec ſanctoruȝ vita:⁊ gra
tia ſpãlis:deniqȝ tanq̃ triſtes in/
quiunt:ſemper autem gaudentes:
tanq̃ nihil habenteſ: ⁊ omnia poſ
ſidentes:tanq̃ morientes: ⁊ ecce
viuimus. Qui videbant me.foras
fugerũt a me:dicit ⁊ filia regis:ea
vtiqȝ cuius gloria omnis ab int⁹
eſt. Unde ⁊ clamitat mihi cantico
canticorum adoleſcentulas reuo/
cans:quas exteriori ſua incõpoſi/
tione deterritas videt. Nigra ſuȝ:
ſed formoſa filie hieruſalem. ſicut
tabernacula cedar:ſicut pelles ſa
lomonis. Nolite me conſiderare.
ꝙ fuſca ſum:quia decolorauit me
ſol. Ac ſi manifeſte ſpãlis quiſpiaȝ
dicat teneras ⁊ infirmas mentes
exhortans. Quid laborioſa: q̃: ⁊
humiliata conuerſationis noſtre:
tam ſedule numeratis: Saga cili
cina ſunt.⁊ pelles arietuȝ rubrica/
te.quibus ille interior ſplendor: ⁊
interna tegitur gloria : vt illeſa a
pulueris ⁊ imbris iniuria ꝯſeruet.
Nolite me ꝯſiderare:ꝙ fuſca ſuȝ:
nolite pauere.nolite mirari. Neqȝ
enim triſtitie:aut neceſſitatis ẽ ex/
terior iſte neglectus: ⁊ nigredo fo/
rinſeca.ſed occulti ſplendoris.⁊ ex
ultationis interne.decolorauit in/
quit me ſol:lux interior: exterioris
impatiẽs. Nimiꝝ ignis eſt: ⁊ ina/
nia folia nõ admittit. Alioqn aut
exuri folia : aut certe ſi ꝑualuerit.
ignẽ extingui neceſſe eſt. Quod q̃/
dẽ oĩno cauẽdũ apoſtolus docet:
ſpũȝ ingens nolite extinguere.ma
gis autẽ id xp̃s ꝓhibet volens eũ
vehemẽter accẽdi. Igitur ſponſa
q̃dẽ nigra eſt:ſȝ formoſa : apoſtoli
tanq̃ triſtes:ſemꝑ aũt gaudentes
ipſi xp̃o:ſi iudaicis cõſideraretur
occulis.non erat ſpẽs neqȝ decor.
Econtra ſane alios dealbatis ve/
ritas comparat monumẽtis. foris
q̃ppe ſplendidos:⁊ nitentes : int⁹
ſordidos:⁊ fetentes. Ambulãt eñ
in ſtolis ⁊ ꝑmas:vt dictuȝ ẽ:cathe
dras amant.glorioſi.ornati.⁊ ma/
gni in occulis hoĩuȝ intus aũt vbi
deus videt pleni auaritia.inuidia
ambitiõe.ſuperbia.⁊ luxuria. for/
taſſe nõnulli. Quãdo eniȝ talibus
detur precioſum illud continentie
munus niſi forte ad iudiciũ ⁊ con
dẽnationẽ:neqñ paueant: ⁊ reſi/
piſcãt:⁊ ꝯuertantur a ſtudijs ſuis.
ſed obdormiſcãt in peccatis.⁊ de/
terius ꝑeant ex ipſa irreuerentia
⁊ ſecuritate.
¶ Sane ut exerciciũ ſpãlis:et cure
cordis indiciũ euidẽs cõtẽptuſ ex
teriorũ.ſic corũdeȝ ſollicitudo cer
tũ nihilominus ſignũ mentis icul
te. Scriptũ q̃ppe ẽ. In deſiderijſ ẽ
oĩs ocioſus. Et itẽ. de ſtercoribus
boũ lapidabit̃ piger.ve ve miſero
dum ſtercorat̃ putat ornari. Bos
erat paulus triturans ĩ area dñi
⁊ ſuũ agnoſcẽs vtiq̃ poſſeſſorem.
Uñ ⁊ dicebat.pp xp̃m oĩa detrim̃
tum feci:⁊ arbitror vt ſtercora vt
xp̃m lucrifaciã.his lapidat̃ ſterco/
ribus piger.q xp̃m lucrifacere ne/
gligens.corde vacuo:⁊ deſerto fo/
ras cogit̃ euagari. Siquidẽ famis

neceſſitate iacob patriarcha deſcē
dere in egyptū: ⁊ prodig⁹ ille fili⁹
ſeruire porcis:eſurire ſiliquas ege
ſtate coactus eſt.

¶ Sed qd dicit ſcriptura habēti
dabit:⁊ habūdabit:nō habēti au
tē ⁊ hoc ipm qđ videt habere au
feretur ab eo.areſcet fenū: ⁊ deci/
det flos:ipſe quoqȝ feneſtre clau/
dent. vt nihil vltra terrene valeāt
ꝯſolationis haurire:deniqȝ arguā
te.ait dñs.⁊ ſtatuā ꝯtra faciē tuā.
Quid illud ꝯfuſionis erit: qd mi/
ſerie:quid doloris: qñ diſſipatis
folijs:⁊ diſperſis vniuerſa nudabi
tur turpitudo: reuelabit ignomi/
nia:ſanies apparebit: qñ iam im/
mortalis factus:interius ille ꝯſciē
tie vermis tota malignitate corro
det:ſed non cōſumet animam infe
licem:erit omnino diſſimulationis
locus:aut ſpes ꝯſolationis: Quid
enim cauſe ē:ꝙ nemo quidē ꝯſciē
tie ſtimulos ſuſtinere aliquatenus
poſſunt:ſed auertunt oculos cor/
dis:⁊ ad cōſolationes miſeras cō/
uertuntur.Aut certe ſimulationi/
bus aliquib⁹ decipiūt ſemetipſos
⁊ mētit iniquitas ſibi.niſi ꝙ intol
lerabilis:ille ē cruciatus:lȝ adhuc
blandiat ſpes:⁊ extenuet oīno do
lorē:dū ſibi ipſis pro libitu tēpora
mentiunt:⁊ oē ꝙ agūt facile diluē
dū:deferendūqȝ qđ appetūt:teme
raria p̄ſumptione ꝓmittūt.Sed ⁊
ipſa ꝯſuetudine ⁊ incuria ſtupidi
⁊ inſenſati corde fere nihil ſentiūt:
q̄ quidē oia longius aberunt.vbi
fiet qđ ſcriptū eſt:arguam te ⁊ ſta
tuam contra faciem tuam.

¶ Quanto eniȝ ē vicinior.⁊ natu/
rali viciſſitudine carior aīa carne
ſua:tāto acrius doleat neceſſe eſt.
⁊ moleſtius ferat propriam: q̄ cor
poris leſionē:vbi a ſtupore iſto.⁊ i
ſenſibilitate fuerit excitata. Sic ⁊
econtra:bona ꝓpria.⁊ delicias ſpi
rituales:internāqȝ aī voluptateȝ.
vbi contigerit expiri:eo vtiqȝ dele
ctabilius amplectet. iocundiuſqȝ
fruatur oportet.quo ꝓprius: ⁊ ex/
p̄ſſius eā tāgunt.nec exterius mē/
dicātur. Nemo qppe eo mō iumē
ti ſui:quo corporis ſui refectōe po
terit delectari.placet qdem ⁊ illa:
ſed lōge alit iſta ſapit. aliterqȝ ſen
titur.Qđ ſi iumētū aīe corpus eē
fatearis:eadē vtiqȝ rō tibi obſuā
da ē ⁊ in ipſis.noli ḡ errare.noli ſe
duci:vt in corporalib⁹ credas ſpi
ritū poſſe q̄ in ſpiritalib⁹ oblecta/
ri.vel humanā cōſule rōnē.ſi fideſ
in te penitus obdormiuit.

¶ Tres in carcere quondā fuiſſe
legimus.tres in cruce. Joſeph ſiq
dem cuȝ pincerna:⁊ piſtore regis
carcerali cuſtodie mancipat⁹:chri
ſtus vero cū duob⁹ ſceleratis vti/
qȝ reputat⁹ ē.Et illi qdeȝ in carce
re videre ſomnia:⁊ audiere interp̄
tationē.Iſti in cruce verba locuti
ſunt.⁊ vn⁹ accepit ꝓmiſſionē.po/
rū ſiquidē alt ꝓpinabat regi.⁊ au
diuit reſtitueris in gradū p̄ſtinū.
Alt paſcebat aues:⁊ riſum morti
accepit.Ipſi qppe ſūt porci. quos
pauit ille ꝓdigus adoleſcēs. Spur
ci ſiquidē:⁊ elati merito porcoꝝ ⁊
auiū noīe deſignant. Porro coꝝ
q crucifixi ſunt cū ſaluatore.alteri

vtiq3 cõfitenti dictũ ẽ. Hodie mecũ eris in paradiſo: alteri quidem blaſphemãti: nõ quidẽ a dño neq3 enim tũc ille indicabat quenq̃ ſ3 a ſocio reſpõſũ eſt: neq3 tu times deũ: q in eadẽ dãnatiõe es. Quid ergo putam⁹ qd duob⁹ illis quorũ alteri dictũ ẽ: reſtitueris p⁹ tres dies: alteri hodie mecũ eris in paradiſo. preter ipſa3 ſane dilationẽ. Interim potuit eẽ moleſtũ. Quid vero illũ potuit delectare cui. Dictũ eſt. trũcato capite. poſt triduũ ſuſpẽderis auiũ eſca futurus. Sane in hoc poſiti ſum⁹ oẽs: 7 nemo niſi in carcere ſine cruce interi3 nemo. Quippe vbi nec innocẽs inuenit̃ ĩmunis: qñ pcõr requie3 ſpat. Ceterũ ſi volẽs: 7 dicẽs nos qde3 iuſte mercedẽ habebit: ſinaũt ĩiuſtus 7 blaſphemãs: 7 negãs deũ factis: duplex ei ꝯtritio eſt. Si qs teſtimoniũ h3 ſalutis: etiã caro eius regeſcit in ſpe: 7 ꝓphete farinula pulmentũ cõdit: atq3 dulcorat: vt ĩ olla iam non mors ſed vita ſit.

ti abnegant contuberniũ chriſti amicitiam redemptoris abdicant propter amorez mundi: et ceruices quas deo humiliare ſolebant ipſo mundi creatore iam ſpreto diabolo nõ titubãt inclinare. Heu quãti poſt glorioſos agones de ipſo principe mundi legitime triũphatos fugienti terga dederunt et victores iam victo ſe ſponte curuarunt. Quanti ad monaſterium veniunt: vt in eo monaſtice viuãt humiliatis pretendentes indicia: oĩa in pace illata ſuſtinentes. conuicia tanq̃ boni milites chriſti ad omne opus bonum parati: qui poſt gaudia vite contemplatiue poſt prelibationem iocunditatis melliflue ſue profeſſionis oblite velut ſues ab ipſo propoſito ad volutabrum redeunt luti: et ea que dudum vomuerant tanq̃ canes in ventrem trahitiũt. Iſti tales recedũt a xpo q: receſſerunt a propoſito ſancto: ſi pactũ quod cum chriſto pepigerant obſeruarent venena iam vomita ſubſanarent: et ideo cum chriſto nõ merent̃ manere: quia pactũ domini non timuerunt infirmare: ſed vtinã ſcirẽt et intelligerẽt quãte ſit amaritudinis fontem delinquere vite: auctorez iocunditatis melliflue. Dominuz mundi: decus paradiſi gaudium eternum dominum ieſum chriſtũ. qui nos a morte roſeo ſaluauit ſanguine ſuo. ſi cito ſenſiſſes quantum parabas peccare nõ tegeret vultus cortice mirra tuos. O q̃ miſera cõmutatio. o q̃ ceca cupiditas: que virginez facit tabeſam puellam proſtibulam: et mulierem vertit in arborem. Regulam in apoſtaſiam. diſciplinam ſanctam in laſciuiam prauaz clauſtrum regulare in campos licẽtie: caſtitatem in impetiginem monachum in theatricum directum in prauum planum in aſperum filiuz dei in filium diaboli. Hec fratres mei non eſt mutatio dextre excelſi. O q̃ amara mutatio. o q̃ dura tranſlatio a chriſto recedere et diabolo adherere ſpernere redemptorem et diligere peremptorem relinquere veſtigia chriſti et ire per ſceua meãdra diaboli reliquere viã que ducit ad vitam: et ire per viaz que ducit ad mortem. Quicunqz ille eſt qui ſic commutatus eſt ad verba mea inclinet animum: et nõ dedignetur audire conſilium bonum. Peccaſti: quieſce ne adicias vltra. Sic dicit ſanctus iſrael. Si reuertimini et quieſcatis ſalui eritis: quia expectat nos dominus vt miſereat̃ veſtri reuertere ergo ad dominum deum tuum et placabilis erit ſuper malitiam tuam. Reuertere ad dominum via qua venitur ad ipſuz. via cordis. via oriſ. via operis. via timoris. via doloris. et via amoris. via timoris ne ꝑtraharis ad ſupplicium. via doloris: quia ſic offendiſti in chriſtum. via amoris vt ipſum iam chriſtuz perfecte diligas: qui taz diu ad penitentiaz te patiẽter expectat. Geme. dole. plange. plora. Non parcas tibi: vt tibi dñs parcat. Noli indulgere tibi: vt tibi domin9 in-

dulgere digneť. Succinge lumbos tuos. rade capillos tuos. induere ſacco. pulueſcere humo ⁊ dic chriſto dño tuo deo tuo. O. ieſu bone miſerere mei. Eſto mihi ieſus. eſto mihi ſaluator meus miſerere mei. qui pro me piũ cruorem fudiſti. nõ intres in iudicio cũ ſuo tuo. quia nullus iuſtificabiť hõ: niſi per teipſum ei peccatorũ ſuoꝝ tribuať remiſſio. Nõ me tua iudiciaria ſentẽtia pmat. queˀ tua multa pietas leuat. Qui reſuſcitaſti lazarum iã fetentem. reſuſcita ⁊ me pctõrez iam cõfitentez. Qui pepercisti peccatrici marie. parce peccatrici aĩe mee. Qui letificaſti animam crucifixi latronis. letifica animam mei peccatoris ſi ſic feceris adhuc etiaz cum chriſto manebis. qui dicit. Manete in me: ⁊ ego in vobis. ipſe enim charitas eſt ⁊ qui manet in charitate in eo manet ⁊ ipſe in eo. notandum vero eſt ꝙ aliud eſt manere in illo ⁊ aliud eſt manere cũ in illo aliud eſt manere iuxta eum. aliud manere longe ab eo. Primũ ptim eſt in via ⁊ partim in patria. Scdz totum eſt in patria. Tertium totuz eſt in hoc ſeculo. Et quartum totũ in inferno. Uideamus ergo. qd ſit manere in eo. vt in eo manere delectet. vt nõ longe poſt futurum mereamur cũ illo manere. in illo manere eſt ex amore illi ſoli adherere. ipſum ex toto corde diligere. illius pcepta in oĩbus ⁊ per oĩa obſuare ei9 amori nihil pponere ⁊ p illi9 amore cũcta nec nata etiã reputare. ille non dubitet manere in chriſto cui pter ipſum cũcta vileſcũt: ⁊ ei ipe ſolus dulceſcit. O quãta felicitate dotatur. quãta beatitudine fecundať cui pter chriſtũ oĩa vileſcũt. ⁊ ipſe xp̃s ſolus melleſcit. Ipe xp̃s ſolus ſit in cordibus nrĩs faueſcat ⁊ cũcta trãſitoria nobis falleſcant vt nil preter illũ. nobis iam libeat nec libere iaz valeat vt ꝙ frẽs mei in xp̃o ⁊ cũ xp̃o mereamur manere. ipſe xp̃s lux ꝟa bonitas ⁊ vita gaudium mũdi. manere pietas in menſa. ſit totum deſideriũ nrm̃: ⁊ oĩs ſpes nrã. Certi ſumus. qꝛ adhuc cũ xp̃o manebim9 vt vbi nũc eſt ⁊ nos cuz illo erimus. Sed qui dicit in ſe chriſto manere debz ambulare ſicut ille ambulauit iam nõ manet ĩ illo qui exorbitat ab itinere ſuo nemo ſe decipiat. nemo ſe ſeducat. nemo in religioſa veſte confidat. nemo veſtis religioſa. ſed mẽtium munditia monachum facit. non capitis abraſio. ſed chriſti dilectio probatum monachũ reddit Ait dominus ieſus. Si quis vult venire poſt me abneget ſemetipm̃ quia niſi quis a ſemetipſo deficiat ad chriſtũ regẽ ſublimẽ nõ appropinquat. Felix ppter chriſtũ abdicatio ſui: quã qui perfecte non habet ſe xp̃o ad purum placere non exiſtiment. Fruſtra. n. xp̃o placere ſe credit. qui ſeipſum ppter ipſum xp̃m nõ abicit. Et perfecte ſe nouerit illi placere qui perfecte iam propter ipſum ſe didicerit abdicare. Ut ergo xp̃o placere poſſimus neceſſaria nobis eſt abdicatio noſtri quam noſtre valitudo permittit

⁊ non q̄ntū exoſitas noſtra lancea peccatoꝝ pfoſſa in nos qn̄q3 manus inicere geſtierit: maxime dūta xat in alimētis ſumendis vbi ꝯſernandus eſt vigor nature ⁊ non ſequendus eſt appetitus illecebroſe gule. Contra vitia que de lumbis carneis pugnantia procedunt palmatiue belligerare nequimus niſi prius apetitū gule reſtringamꝰ fortiter ꝯfeſſioni abſtinētie. Poſt cōfeſſionem gule appetitus maxima cautela nobis eſt adhibenda .ne nos humane laudis muſipula capiat: ⁊ venenū laudis morboſe: in archam nr̄i cordis cauteriū deſpumans ſaniē faciat factūq3 derelinquat. Quid de nobis laudis aura crebuerit. Quid adulantiū fauor demulſerit virtutū imperatrix humilitas archam mentis nr̄e nō deferat. ne tortuoſus ſerpens. q qn̄q3 latitat in herbis virētibus in hūanis. ſ. fauoribꝰ iuxta illud poeticu3. Fugite iam pueri. latet hic anguis in herba: vt ſuis dentibus venenoſis nos capiat. captos pimat ⁊ occidat. Igr̄ humilitatem magnam teneamus in omnibus vt in humilitatis auctore manere poſſimus ⁊ q̄ totius cum ipſo eſſe ⁊ cū ipſo regnare valeamus. Omnis. n. qui in illa manet ex dilectione non dubitet non heſitet cū illo manebit ex dilectionis retributione. Uidimꝰ qd ſit manere in illo. Nūc quid ſit manere cū illo neceſſe eſt videamꝰ Manere cū illo eſt eſſe vbi ille eſt cū illo in gloria ſelici gaudere l tro no phēnitat regnare illū facie ad faciē ꝯtemplari. ſicut faciūt angeli ſancti ⁊ poſt reſurrectionē corpoꝝ eū viſuri ſunt oēs electi iuxta illō apoſtoli. Cu3. n. appuerit xp̄s vita nr̄a. tūc ⁊ vos appebitis cū illo in gloria. Manere iuxta eū ⁊ non in illo: nec cū illo eſt. nō eſſe in via fidei. ſpei ⁊ charitatis: ſed via erroris nō eē in via p̄ceptis: ſ3 i via peccati. Iſte inq̄3 ſi nō in xp̄o vel cum xp̄o tñ iuxta eū. eſt q: ⁊ cito poteſt errorē deſerere ⁊ in xp̄o p fidē ſpe3 ⁊ charitatē ꝯtinuo ſeruere. liberu3 arbitriū h3. Illud ad diligeudum deū dirigere pōt. Pulſat dn̄s hoſtiū eius illi apiat ⁊ itrabit dn̄s ad eum in eo manebit ⁊ ipſe in eo. Manere lōge ab eo eſt p ſuia3 dānatiōis ab eo receſſiſſe q̄uis ⁊ alio mō vtrunq3 poſſit intelligi. Nos g̃ i illo maneamꝰ vt fructū boni opiſ ſemp facere mereamur. Aliter eni3 niſi in illo mā ſerimꝰ fructū facere nequimꝰ. Ipſa veritas dicit ⁊ mutari nō pōt. Sicut palmes nō pōt ferre fructū niſi mā ſerit in vite ſic nec vos niſi i me mā ſeritis. Et ſiqſ in me nō manſerit mitteť foras ſiē palmes ⁊ areſcet ⁊ colligēt eū ⁊ in ignē mittent ⁊ ardet. Ualde. n. timē dū ē illud qd ſeqť ſiqs i me nō mā ſerit ⁊c. Siqs nō mā ſerit i dn̄o ieſu xp̄o expelleť de ꝯſortio ſctōꝝ ⁊ areſcet p̄timore ⁊ expectatōe dānatiōis ppetue: ⁊ miniſtri tartarei apphendēt illū ⁊ in ignē mittēt ppetuū ſine fine arſurū. Ab hac dānatione ppetua glorie ppetue auctor nos liberet ieſus xp̄s dn̄s nr̄. qui cū pr̄e ⁊ ſpū ſcō viuit ⁊ regnat Deus bn̄dictꝰ in ſecula ſecu. Amē.

Omel. xij. Sermo. xij.

Omnis q viā veritatis geſtit
arripe ꝯſtat eē ꝓ equum vt
ad ꝑcepta veritatis manum
cordis extēdat ⁊ in eis fideliter vi
uat:ut ipſa manus ſit plena iacin-
ctis ⁊ venter eius eburneus diſtin
ctis ſaphiris ⁊ verbū verbi prece-
ptum chriſti in viride mentis per
amorem contineat. ⁊ foris ipſe flos
verbi per augmentuȝ boni operis
redoleat. Profecto quē ſic eſſe cō-
ſtabit a deo quicquid ſibi profutu
rum petierit neceſſe eſt impetrabit
Ipſa regula veritatis omnis forma
ſanctitatis ſanxit imperpetuuȝ nec
valebit abrogari:nec de libro iam
mutari veritatis ſanctio ait enī ie
ſus meus. Imo ait deus meus ve-
ritatis firmitas falſitatis vltio pec
catorū vltio. via vie vita vite. tot⁹
dulcis. totus bonus. totus verax to
tus verus ait. n. Si in me manſeri-
tis ⁊ verba mea in vobis māſerint
qđcunqȝ volueritis petetis ⁊ fiet
vobis. Magna ſunt dona que ve-
ritas ipa ꝓmittit. q̄ nullos fallere
nouit. Qđcūqȝ volueritis inqt dn̄s
ieſus petetis ⁊ fiet vobis. Ita dum
taxat ſi in me māſeritis ⁊ vba mea
in vobis manſerint. Ac ſi dicat ſi in
me māſeritis ꝑ dilectionē ⁊ verba
mea ī vobis māſerint ꝑ opis execu
tionē:qđcūqȝ volueritis aīe ꝑtinēs
ad ꝑfectum petite nō heſitātes ⁊
īpetrabitis accipiētes. Illa duo pia
neceſſario ſibi famulātur ꝯdinuicē
nec vnū alterius abſētiaȝ patitur ⁊
q̄lis eoꝝ parilitas fuerit ꝑ entime-
nia cognoſcitur. Si aliqs manet in
xp̄o neceſſario ſeqt̄ vt xp̄i ꝑcepta
manere debeāt in eodē. Et qđlibȝ
iſtoꝝ hoc vnum ꝯcludit. Petat a
xp̄o qđcunqȝ voluerit ⁊ habebit.
Neceſſaria videt̄ talis illatio. Iſte
manet in xp̄o ergo qcqd ab eo ad
aīe ꝑfectū petierit īpetrabit. Simi
liter ⁊ hec alia verba xp̄i manent ī
iſto. ⁊c̄. Uerūtū dicere poſſumus
ſi ꝑ vim copulatiue ꝯiūctiōis dya
leticus latrator obſiſtat q̄ nō debȝ
poni inter pia. nec inter ꝑtem ⁊ to
tū. ſed inter totū ⁊ ꝑtē:⁊ īter oppo
ſita ⁊ ꝯtraria:⁊ īter excedētia ⁊ ex
ceſſa. Dicim⁹ itaqȝ ꝙ qdā manēt
ī xp̄o ⁊ vba ei⁹ manēt in eiſdē. alij
manēt ī deo:ſed vba dei nō manēt
in eis. Ille q manet ī xp̄o ⁊ vba xp̄i
in eo doctor ē eccleſiaſtic⁹ q ꝑ eru
ditionē doctrine auditoribus ſuis
hȝ vnū ꝓferat noua ⁊ vetera. fruct⁹
.ſ. auctoritatū veteris ⁊ noui teſtī.
bona q̄ diſcipulis ꝑdicat pie ⁊ duo
te viuēdo in ſuis factis oſtēdat. Ali⁹
.i. ꝑ doctrinā vbū dei nō hȝ ⁊ tā ī
xp̄o manet ꝑ bonā vitā. Iſte profe
cto ⁊ ſi mādatū xp̄i nō hȝ in libro
hȝ tā in corde charitate dilatato.
Iſti tales:ꝙ felices. ꝙ btī. Hoꝝ q
dē taliū ē regnū celoꝝ. Ali⁹ q vbū
dei hȝ:⁊ illđ ope nō exercet:mona-
ch⁹ ē religiōis ſophyſtice ſub ꝑtex
tu ſcitatis palliate q ei qđ ex regu-
la bn̄dicti didicit pūerſe viuēdo ꝯ
dicit. Iſte talis nō manet in chriſto
nec chriſti uerba manent in eo. qa
nec chriſtū amat. nec eius ꝑcepta
obſeruat ꝙuis ⁊ xp̄m amare ⁊ ei⁹
ꝑcepta ſuare ſe fingat. Sed quali
iſte miſer fuerit dies domini decla-
rabit vbi nō eſſe poterit ſimulatio

religionis nec fictio ſanctitatis nec ſermo ſophiſticus: nec ſilogiſmus verſutuſ. Oia nuda erũt ꝛ apta ie ſu iudici vere iudicãti diſtricte nõ de facto tantum perverſo: ſed etiã de uerbo otioſo: non tantum de in ceſſu peduꝫ nec de labore manuũ ſed etiam de iactu oculorum. Pen ſet ergo qui talis eſt ad quid mo⸗nachus effectus eſt. Lauit pedes ſuos. quomodo reinquinare preſu mit? Expoliauit ſe tunica quomo⸗do ſe reinduit illa. Si mutauit ha bitum cur non mutauit ꝛ animuꝫ. Si foris albeſcit cur intꝰ nigreſcit. Si illum foris veſtis alba decorat: cur illũ intus canteriũ conſcientie deturpat. Si ſtudere ſcilẽtio debet cur loquacitate gaudet? Qui con⸗temptum ꝓmiſit mundi: cur illi vl⸗terius placere ꝯtendit? Chriſto pla cere contendat: contẽnere mundũ non differat. qꝺ promiſit attendat ieſum ſuper omnia diligat nihil eiꝰ amori ꝑponat. illiꝰ timorẽ vbicũqꝫ fuerit ſederit. vel ierit loq̃ns vel ta cẽs: eſuriẽs vel ſitiẽs: bibẽs. vel co medẽs. infirmꝰ vel ſanꝰ añ oculos hẽat in quo ẽ fiducia fortitudinis. ſeps etne btĩtudinis fiducia venie certitudo glorie petõꝝ r̃miſſio glo rie largitio ac leticie acq̃ſitio ſũmi ꝛ veri dei ꝯfruitio. btũs vir ait ꝓ⸗pha q timet dñꝫ ĩ mãdatꝭ eiꝰ cupit nimis. potẽs ĩ terra erit ſemẽ eius ꝛ ipſe a domino benedicetur. Illa beatitudo perpetue ſempiterneqꝫ dulcedinis multitudo ꝛ eterna et iocunda viſio dei. eſt illud donum qꝺ petunt a chriſto illi qui manẽt in chriſto. Si manens in chriſto .i. ſi corde puro ꝛ ꝯſcientia pura fun daris in chriſti charitate niſi tibi niſi chriſtus ſatiſfacere poterit: nec aliud niſi ipſuꝫ petere iam valebiſ. Quicunqꝫ inquit dominus ieſus. Salus que nunq̃ finitur vita que nunq̃ moritur. iocunditas ſumma paradiſi gloria omni melle dulcior quolibet ꝛ nectare ſuauior gemmiſ ꝛ auro precioſior inquit inq̃ dile⸗ctoribus ſuis. Quodcunqꝫ volueri tis petite ꝛ fiet vobis. Magnũ eſt iſtud qꝺ dicit. Qꝺcũqꝫ no. pe. ꝛ fi. vo. Sed notandum eſt ꝙ vniuer ſale qꝺcunqꝫ non continet omnia: ſed illum tantum qui continet vni uerſa. Qui ſic habet eſſe vt verum ſemper ſit eſſe ante omnia tempo⸗ra deus de deo in fine temporum natus ex virgine homo. ſalus eter⸗na credentium omnis ſpes ꝛ refu⸗gium timentium eum. Hoc eſt illꝺ ſolum qꝺ petunt electi quibus nil ſatiſfacere poteſt preter deum qui omnia continet. Qui gemunt ꝛ lu⸗gent ꝙ ieſum beatitudinis aucto⸗rem non vident qui non qꝺ dele⸗ctet aſpiciũt. Quibus triſtia ſunt q̃ occurunt qui dominum ieſum que runt ꝛ non inueniunt: ꝛ vocant: et non reſpondet. ad lachrymaſ dolo ris amicas ſe conuertunt: ꝛ quem greſſu pedum ſequi non poſſunt la chrymis ꝛ gemitibus proſequũtur felix talium vita beatus taliuꝫ cur⸗ſus cuius meta tale ꝛ tantuꝫ veri⸗lum habere meretur. Hoc non da tur pigris negligentes non capiũt claudis negatur. Soli currenti per

latitudinem charitatis debetur. Unuſquiſq; noſtrum conſiderare non ceſſet. qualiter in ſtadio mādatorum dei currat qualiter in agone xpiano ɔtra leonē rugientē contendat. Neminem veſtrum credo latere aliquem poſſe ſaluari niſi q domino ieſu fidelis perſeuerauerit vſque ad egreſſus de habitaculo corporis nec ad brauiū eterne tu l cedinis peruenire qui antequā ad metas veniat in curſu dficiat. Stadium noſtrum eſt obſeruantia mādatorum dei. Finis ſtadij noſtri ē charitas iuxta illd apoſtoli. Finis legis eſt charitas. Charitas ſtadij noſtri eſt ipſa charitas non qua diligimus deum. ſed qua poſſidemuſ deum. non ea qua diligitur deus: ſed ea que eſt ipſe deus. In ſtadio mandatorum dei alius bene currere incipit ⁊ anteq̄ʒ ad metas veniat deficit. Alius pigre incipit ⁊ poſtea ad metas velociter currit. Alius ⁊ velociter incipit ⁊ velociter ꝑficit. Alius pigre incipit ⁊ ī pigritia ſua ſemper perſiſtit. Duobus iſtorum brauium debetur. ſ. pigre incipienti ⁊ poſtea velociter peruenienti. Altero ⁊ agiliter incipienti ⁊ velociter peruenienti. Multi eniʒ ad monaſterium veniunt vt ibi regulariter viuant qui male incipiunt ⁊ male conſumant. ſemper vagi et nunq̄ʒ ſtabiles ſemper cum nō habent qd volunt murmuroſi ⁊ dtractores cellularij a tergo benedicentes eos cū quibus viuūt. Frēs ſuos iniurijs afficientes moribus ī diſciplinati geſtu ⁊ actu inordinati lutū ħitu elati motibꝰ inepti bonis preſtitis ſemp ingrati. Iſti brauium eterne beatitudinis non merebunt habere. quia in ſtadiū mādatorum dei greſſum rectum figere voluere. Iſtis enim forma ſanctitatis ad profectū non erit quos morum prauitas per inobediētia venena confundit. In iſtis talibuſ verba chriſti non manent quia precepta chriſti que ſciunt vel audiūt ventorum vanitati dedicarunt. Juſſa dñi contēnentes cenacula ventris amantes. Ipſum eſſe verꝫ deum. ſcilicet eternum deum omnipotētem. calcibus nequitie ⁊ malitie percutiētes. odiētes proximū abnegantes dominum ieſum chriſtum non obſeruantes qd coram omnibus ſanctis in die conſecrationis ſue illi promiſerunt. Nouerit qui talis eſt ſe eſſe dānandū a deo quem irridet. Alius ad monaſterium venit vt peccata que commiſit ī ſeculo punire debeat in monaſterio. Sed poſtq̄ʒ ingreſſus fuerit nō ſolum que cōmiſit dolendo non diluit. Sed inſuper alia forſitan grauiora cōmittit. Sed poſtea magno dolore compungitur. magno pudore proſternitur: q; peccata que fecit bene viuendo non diluit. ſed inſuper enormiora preſumpſit. Tūc ad memoriam reuocat quanta in peccatoribus ſit ſeueritas iudicis quanta in ipſis dānatis ſit ipſa pena dānationis. Inſuper ⁊ conſiderat quanta ſit miſericordia redemptoris circa penitētes benignitas circa recte viuentes. Tunc omne

malum qꝺ fecit enumerat tunc triſtia queq; ante oculos mentꝫ acer uat. Doloribus agitatur tãtis ſupplicijs anguſtiatur quantis arctari in ipſis infernalibus penis pertimeſcit. quantis cruciari in animo ignis ꝛ ſulfuris perhorreſcit. Tũc enim nihil qꝺ delectat aſpicit. tũc triſte eſt qꝺ occurrit. tunc lachrymis ꝛ doloribus punit qꝺ cum delectationibus perpetrauit. Tunc qualiter domino chriſto placere poſſit contendit ꝛ ieiunijſ ꝛ orationibus vacans ſoli deo placere deſiderat. qui talis ẽ petat a domino qcqd voluerit. nõ dubitet impetrabit. nos ḡ frẽs cariſſimi mei quos xp̃s ꝓprio cruore redemit. ip̃z ſua ſanguinis largitorẽ hũani generis ſaluatorẽ ſine mõ vltra modũ; de oĩ mẽte totis virib⁹. totis medulliſ cordis diligam⁹ timeamus ꝛ amem⁹ ꝛ ei⁹ diſcipulatui inhæream⁹ valde ẽ. n. dulce ꝛ dilectabile letabundũ ꝛ iocũdũ fieri diſcipulũ xp̃i. In hoc. n. dñs ieſus ait diſcipulis ſuis clarificatus ẽ pr̃ me⁹ vt fructũ plurimũ afferatis ꝛ efficiamini⁹ mei diſcipuli. nos igit̃. q xp̃iani ſumus et xp̃iani vocamur in eccleſia xp̃i tanq̃ in agro ſumus ꝯſtituti. Alij fructũ afferũt. alij in ſterilitate pſiſtũt alij tenues ꝛ pauculos fructus faciunt ſemp pigri. ſemp negligẽtes pigri ad orõnẽ. tardi ad lectionẽ. ad vigilias lõgo ſomno depreſſi ad laborẽ nimiũ teneri ꝛ delicati. in his nõ valde clarificat̃ pr̃ dñi nr̃i ieſu xp̃i. q2 nec plurimu; afferũt fructũ nec diſcipuli xp̃i eẽ ꝓbant̃. alij dulces fruct⁹ ꝓducũt ĩ fertilitatꝫ abũdantia. Dulces inq̃ deo ꝛ dulces hoĩbus. hi clarificãt deũ. ꝛ de⁹ clarificabit eos in die retributõiſ. operũ. in die collectiõis fructũ nouaꝝ qñ venient in exaltatiõe portãtes mãipulos ſuos. hi ſũt mites ꝛ humiles. deuoti ꝛ obediẽtes. Ad vigilias vigiles ad oẽ opus bonũ feruentes in orõne ſublimes. in lectione ſacre ſubtiles. in meditationib⁹ ſuſpirãtes in cõtẽplatiõib⁹ gementes ꝛ flentes ſeminãtes in lachrymis: ſ; gaudeãt ꝛ exultẽt. q2 ĩ gaudijs metẽt eternis. Alij ſunt q non faciũt fructũ. ſ; frõdes tm̃ ꝓducũt ꝛ folia. hi ſunt q ſpẽm ſcitatis hñt: ſed fructũ ſcitatis nõ hñt. Ad eoꝝ radice; ſecuris poſita eſt. Ut quid terra; occupãt: Excidant̃ ꝛ ĩ ignẽ mittantur. Infructuoſis arborib⁹ dura ꝛ amara ſentẽtia datur. Omnis arbor inquit dominus ieſus q̃ non facit fructum bonum excidetur ꝛ in ignem mittetur. Timeant ergo arbores infructuoſe. ypochrite dealbata ſepulchra tumba ſculpta ꝛ bene polita. Extirpent quod latet intrinſecus confiteantur ꝛ ſanentur. Mutent fortitudinem ſuã mutent conſcientiam ſuam conſciẽtie ſanent cauterium ꝛ in via mandatorum dei dirigant greſſum ꝛ faciant fructu;. ut per illos pater clarificetur in filio ꝛ chriſtus in patre ſuo. ꝛ ipſi clerificentur in patre ꝛ filio ꝛ in ſpiritu ſancto felix ille. beatus ille per quem deus pater clarificatur. per quem chriſtus laudat̃ ꝛ ſpiritus ſanctus glorificatur. O

nimis felix cuius vita ⁊ mores laudes intonant creatori. O. virū beatuȝ cuius anima ſuo famulat̄ creatori. o. beata anima que ſuo pro viribus placere ſatagit redemptori. Benedicta ſit anima illa cui eſt tota dilectio chriſtus cui nil ſatiſface re poteſt preter ipſum: qui ꝑ eius amore otioſus ē que nil preter chriſtum diligere nouit. qui dilexit noſ ⁊ lauit nos a peccatis noſtris ī ſanguine ſuo. ⁊ dedit ſemepipſum redemptionem pro nobis vt nos per ſanguinē ſuum adoptaret in filios dei. Per oīa ſit bn̄dictus xp̄s. q ſic dilexit genus hūanuȝ ſicut de⁹ pr̄ dilexit eū. ipſe. n. dicit Sicut dilexit me pater. ⁊ ego dilexi vos. o. cara charitas o eterna veritas. o. dulcis eternitas. o beata felicitas. o. dec⁹ angeloꝝ. o ſplēdor ſanctorum ieſu bone ieſu ſancte: vita immaculata vita eterna. ſalus incorrupta. ꝑpetua gloria totus dulcis totus amabilis. quō nos amaſti: qūo nos dilexiſti. qui te ip̄m in mortē dediſti. Amor tuus neſciuit habere modum ⁊ menſuram. Tua chriſto charitās tenere non potuit. Sicut dilexit me pater inquis: ⁊ ego dilexi vos. Utinam ⁊ ego eſſeȝ queȝ diligeret dominus meus. vtinam audiſſem ex ore domini mei. Sicut dilexit me pater ⁊ ego dilexi te. quid mihi iam deeſſe poſſet. ſi me diligeret ieſus meus: Meus inq̄ȝ et vtinam meus. O felices diuitie. O opes beate poſſidere ieſum poſſidere dominum chriſtum. Illum mi lector poſſide per amorem ⁊ ſic illum poſſidebis eternitaliter per amoris retributionem. Ipſa veritas ait. Ego diligentem me diligo. ⁊ qui dilexerit me diligetur a patre meo ⁊ ego diligam eum ⁊ manifeſtabo ei meipſum. Quantus fuerit amor quē circa nos chriſt⁹ moriendo exhibuit enarrare non ſufficit aliquis viuens. lachryme dicant quia voces explicare deſiſtunt. Sicut dilexit me pater ⁊ ego dilexi vos. Videamus quomodo eum deus pater dilexerit ⁊ quomodo nos dilexerit ipſe: ait enim apoſtolus. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſqȝ ad mortem. mortem autem crucis. propter q̄d ⁊ deus illum exaltauit ⁊ donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. vt in nomine ieſu omne genu flectatur. celeſtium terreſtium ⁊ infernorum. Et propheta loquens de eo ad patrem ait. omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. oues ⁊ boues vniuerſas inſuper et peccora campi: volucres celi. et piſces maris qui perambulant ſemitas maris. Ecce quomodo dilexit deus pater filium et ipſe non iudicat quemq̄ȝ ſed iudicium omne dedit filio ſuo et dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine eius quod dicitur ieſuȝ omne genu flectatur celeſtium terreſtiuȝ ⁊ infernorum. i. omnis creatura celeſtis. vt ſunt angeli archangeli troni dominationes principatus et poteſtates. virtutes. cherubin

⁊ ſeraphin ⁊ omnis celicus ordo:⁊ omnis creatura tereſtris.⁊ non ſolu; homines:ſed ⁊ bruta animalia audito nomine chriſti cõtremiſcũt inſuper ⁊ omnis infernalis creatura tremit ⁊ cõtremiſcit ad tanti nominis inuocationẽ. Magna ẽ igitᷣ dilectio patris in filiũ.cũ ſic cũ ſublimauerit.cũ ſic cum exaltauerit:ut omnia ſubiciat ſub pedibus eius. vt omnia ſupponat ditioni eius. Vidimuſ quomodo pr̃ dilexit xp̄;. Nũc ſupeſt vt videamus quõ nos dilexit chriſtus. Quis vnq̃ enodare ſermone amoris abundantiam charitatis eminentiam. quam habuit chriſtus in nobis q dilexit noſ ⁊ lauit nos a peccatis noſtris ĩ ſanguine ſuo qui mortem noſtra; ſua morte deſtruxit.pro nobis eligens mori.vt nos a morte liberaret eterna ⁊ nos illuc attraheret vbi ipſe eſt in gloria pr̃is: Ait eni;.volo pr̃ vt vbi ego ſu; illic ſic ⁊ miniſter meus. Ecce quomodo dilexit nos pro nob elegit mori.vere ne nos morte damnaremur eterna. Reſurexit a mortuis.vt ſue nos r̃ſurrectiõis tribueret eſſe participes Aſcendit in celu;.vt nos ꝑ nos haberet ad palatia celi ⁊ ſedet ad dexteram pr̃is Coronans ⁊ locans.letificãs ⁊ collocans quos proprio cruore redemit quos in glutino ſibi charitatꝫ aſeruit ſecũ in eadẽ dextera patriſ. ipſum igitᷣ xp̄;:ſine modo vltra modum abſq; meta:vltra metas. aſſidue ꝯtinue:toto corde tota mente totis viribus.totis virtutibus diligamus veneremur ⁊ amemus. vt ad ipſum ⁊ cum ipſo peruenire ⁊ regnare valeamus. Qui cũ patre viuit deus ⁊ cum ſancto flamine bñdictus omni tẽpore ſeculi. Amen.

Omel.xiii. Sermo.xiii.

De dilectiõe dei cũ plus bibo plus ſitio.⁊ ex ea ſaturari nõ poſſũ.nec ego:nec aliqs perfecte diligens chriſtum. ipſa cũ plus editur.plus fame; acreſcit ⁊ cum plus ipſa bibitᷣ plus ſitim inacuit.ipſam quam in habitat mentem ſic inebriat:vt nil iam querat vel diligat nec diligerᷣ poſſit:nec valeat ꝑter eũ.⁊ ſic mundũ dilexit vt filium ſuũ vnigenitũ daret. vt oĩs q credit ⁊ diligit illũ nõ moriatur. ſed viuat cũ eo. Ad hanc nos dilectionem auctor ipſe ineſtimabilis charitatis inuitat in ea nos manere p̄catur ⁊ rogat. Ait eni;.manete in dilectione mea ac ſi apte dicat. Qr ego ea dilectione.qua me pr̃ diligit vos diligo:eadem dilectione me vos diligere rogo.⁊ qm̃ dilectõ veſtra me vſq; ad mortem ꝑduxit. hec etiã mors crudeliſſima ipſa a veſtra charitate ſeiũxit. me diligite ⁊ in mea dilectione manete. S; qualiter in eiꝰ dilectiõe manere debeamꝰ Sequitᷣ ⁊ dicit. Si p̄cepta mea ſuaueritis manebitis in mea dilectiõe ſicut pr̃is mei p̄cepta ſuaui ⁊ maneo in eius dilectione. Qui h; aures audiẽdi.audiat ⁊ qui h; cor intelligendi intelligat. Menſurã noſtre poſſibilitatis viderᷣ excedere vires aĩ ⁊ corporiſ ac viſus ſupergreditᷣ vniuerſos. Preceptum qđ nobis dñs imperat ꝯſiliũ ẽ no-

ſtre ſalutis qđ ipſe auctoꝛ nr̃e. ſalu
tis nobis accõmodat. Quis vnq̃
hoīum ex apoſtatica radice pꝛimi
parentiſ exortus potuit vel poterit
ſine aliquo traſgreſſionis neuo cuꝫ
oī officio charitatis īcuſſa ⁊ in ma
culata xp̄i obſeruare pꝛecepta ſicut
ipſe in totum ⁊ in parté ſui patris
ſeruauit mandata. qui peccatū nõ
fecit: nec unq̃ peccare iam potuit.
nec peccare iam voluit. Nõ ē in fi
lijs hoīuꝫ magnus vel paruus tan
ta pꝛeditus ſanctitate: nec tante re
ligiõis p̃uilegiatus honoꝛe q̄ nõ ī
peccatis fuerit cõceptus. vel in pec
catis fuerit poſt cõuerſatus pꝛeter
matrem immaculati peccatū nõ fa
cientis. ſed peccatū mundi tollent̄
de qua cū de peccatis agitur nullá
pꝛoꝛſus volo habere queſtionē. vn
de non immerito nullus tante ſan
ctitat̄ fulget pꝛerogatiua qui in oī
bus ⁊ per omnia iſtud ſic iam va
leat obſeruare ita dumtaxat ſi fue
rit expꝛeſſiuū quantitatis. Sꝫ notā
dū ē ꝙ hoc aduerbiū ſicut nõ hic
quãtitatis: ſed qualitatis ſimilitu
dinem notat ſicut ſuperius aſſigna
uimus vbi dī. Mandatū nouū do
vobis vt diligatis inuicem ſicut di
lexi vos. ⁊ eſt ſenſus. ſi p̄cepta mea
ſuaueritis: ſicut ⁊ ego pꝛecepta pa
tris mei ſeruaui ⁊ ſi manſeritis in
dilectione mea ſicut ego in dilectõ
ne patris mei maneo. i. ſi mihi ī ob
ſeruantia mandatorū meoꝝ vſq̄ꝫ
ad exitū de habitaculo carnis obe
dientes fueritis iuxta poſſibilitatē
veſtre fragilitat̄ ſicut pū obediēs
fui vſq̄ꝫ ad mortē crucis iuxta ple
nitudinem, diuinitatis que in me
coꝛpoꝛaliter habitauit manebitis
in dilectione mea ⁊ ego in dilectio
ne veſtra ſicut ⁊ ego in dilectõe pa
tris ⁊ pater in dilectione mea. Uel
poſſumus dicere ꝙ hoc aduerbiuꝫ
ſicut in nobis in hoc loco vt ſue
ſignificationiſ nõ exercet ſed notat
tantū ibi ſimilitudinē dilectiõis et
obediētie xp̄i ad deū pīcꝫ eē moni
toꝛiā nobis. vt xp̄i pꝛecepta debea
mus obſeruare ⁊ in eius dilectiõe
manere. Ac ſi dicet ego pꝛecepta pa
tris mei pꝛo veſtra ſalute ſuaui. et
ideo maneo in eius dilectione. Et
vos p̄cepta mea ꝑ meo amoꝛe ſer
uate: ⁊ ſic manebitis in mea dile
ctione. Adhuc amantis amoꝛ me
cõpellit. caritas noſtri dilectoꝛis ie
ſu chꝛiſti dñi noſtri ſꝫ vtinam dile
cti. ſ. iſtud capitulū repetere in dile
ctione mea mēte. O ieſu ieſu reſur
rectio moꝛtuoꝝ. vita viuentium. ſa
lus eterna credentium. totus dul
cis totus amabilis. totus delecta
bilis. querentibus te diligentibꝰ te
inueniētibus te. Dignare me ſuū
tuum loqui cum domino hominē
cū deo. plaſma cū plaſmatoꝛe fa
cturam cum factoꝛe. redemptū cuꝫ
redemptoꝛe. igitur audi me. ⁊ ne
perturberis pꝛopter me. Nam ego
ſum. licet peccatoꝛ qui diligo te. ni
ſi tecum loquēdi auſum pꝛebet di
lectio tua attrahit mentem chari
tas tua amoꝛ inſtigat. Dixiſti apo
ſtolis tuis. ⁊ per eos dictum intelli
gamus nobis. Manete ī me ⁊ ego
in uobis. obſecro te iocūditas pul
chꝛa. dulcedo melliflua ſuauitas

odoris:odor ſuauitatis letitia ſumma gloria ſempiterna vita ſanctorum:dec⁹ angelorꝝ ſaluator mūdi. fili dei viui. ieſu dulciſſime ſpetioſiſſime chariſſime ꝛ amātiſſime.dic queſo que eſt cauſa tue dilectionis tue glutine charitatis ob quam ꝛ te diligere.et in tua dilectione manere nos precipis. Dic vt qui non te diligunt audiant ꝛ diligant. Et qui te diligunt magis ac magis in tua dilectiōe ferueſcāt vox tua dulcis ſonet in auribus meis. Dic ſicut dilexit me pater et ego dilexi vos.ꝛ quia dilexi vos mihi rependite vicē.me diligite ꝛ in mea dilectione manete.iuſtum eſt equum ē de ieſū hoc quod dicis. hoc quod imperas nobis.hoc eſt ꝛ omnis equitas.Dicat vt dilectus diligentem diligat.ꝛ amatus amanti mutuam charitatem impendat. Verū tamen aliam cauſam tue dilectionis inquirimus qua magis te diligere debeamus. Dic nobis qui es ꝛ'qd feciſti nobiſ.vnde nobis te diligere precipiſti: Dic nobis. Ego ſum.qui ſum.Ego ſum alpha ꝛ.O principium ꝛ finis: creans celum ꝛ terram aera ꝛ maria ꝛ omnia q̄ in eis ſunt factor ꝛ creator cunctorum.rex regum ꝛ dominus dominantium. Audiuimus ꝛ gauiſi ſumus ꝛ certi ſumus quoniam tu es deus per omnia ſecula benedictus.Sed adhuc quod pro nobis feciſti. Implorant gemitus noſtri requirūt lachryme peccatricis anime mee.Illud cum recolo quod feceris mihi:ꝛ quod fecerim tibi. viſcera mea inter ſe colliduntur ſpiritus contremiſcit.anima conturbatur. vulneror ꝛ confodior doloribus multis. Nec mirum. Perpendo quid fecerit ſeruus domino ſuo ꝛ quantas ꝛ quales luerit dominus penas per ſeruo. Conſcientia mihi teſtis eſt de ieſu.quid fecerim tibi.ꝛ crux tua mihi teſtimonium perhibet quid tu feceris mihi. Tu deus ꝛ ego homo. ꝛ tamen pro me tu deus factus es homo.Tu creator ꝛ ego creatura.tu ꝑ me dignatus es fieri creatura.Tu dominus nos ſerui.ꝛ pro ſeruis dignatus es fieri ſeruus.peregrinus peregrinis pro exulibus exul: pro pauperibus pauper:pro humilibus humilis. ꝑ mortalibus non tantuꝫ mortalis. ſed mortuus. Nō qualicunqꝫ morte'ſed dura nimis.amara nimis et turpiſſima morte.ſ.crucis. Hec eſt opera tua deus. Hec opera tua cōſidero ꝛ cōtremiſco.in his te miſericordē eē cognoſco ꝛ reuiuiſco ꝛ ꝑpter hoc in te confido de te cōfido te amo.te diligo.te totis viſceribuſ concupiſco. Hec opera fratreſ mei ſunt cauſa dilectionis chriſti. vnuſquiſqꝫ veſtrum videat ſi dn̄m ieſuꝫ diligere debeat.Quid ꝑ nobis facere debuit.ꝛ nō fecit. Quomodo nos plus amare potuit.ꝛ nō amauit. Maiorem in nobis dilectionem non potuit habere q̄ꝫ habuit quia animam ſuam in morteꝫ pro nobis poſuit. Ipſa beata veritas. teſtis eſt. ꝙ maiorem charitatem nemo habet q̄ꝫ vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis: Non

ergo nobis vileſcat fratres mei ip
ſa dilectio chꝛiſti qui dilexit nos: ⁊
lauit nos a peccatis nr̄is ī ſangui
nè ſuo. nō vobis vileſcat frēs mei:
nō vobis amareſcat ipſe amoꝛ xp̄i
ipſa charitas chꝛiſti. Amoꝛ chꝛiſti
totus dulcis. totꝰ delectabilis. ſuū
poſſeſſoꝛem non cruciat. ſed dele
ctat. non eneruat. ſed roboꝛat.
cuncta terrena ſubſanat. ſola cele
ſtia captat. chꝛiſti mandata requi
rit. ⁊ ea pꝛo viribus obſeruare cō
tendit. ⁊ de obſeruatione pꝛecepto
rum greſſu felici pꝛouehitur ad p̄
ceptionem gaudioꝛum: vt cum il
lo iam perfecte gaudeat: pꝛo cuiꝰ
deſiderio in hac valle lachꝛyma
rum poſitus tam amare feliciter
ſuſpirabat. Unde recte ſequitur.
Hec locutus ſum vobis: vt gau
dium meum in vobis ſit: ⁊ gaudi
um veſtrum impleatur. ac ſi dice
ret. Ideo pꝛecipio vobis: ⁊ moneo
vos mea obſeruare pꝛecepta. et
manere in dilectione mea: vt gau
dium meum in vobis ſit: ⁊ gaudi
um veſtrum de me adimpleatur:
vt habeam de vobis permutuam
charitatem: quam mihi impendi
tis: vnde poſſim gaudere: ⁊ illud
gaudium: quod in retributione
pꝛemioꝛum electi ſunt percepturi:
percipere ⁊ poſſidere poſſitis. Uel
aliter vt gaudium meum: ſit in vo
bis: ⁊ gaudiuꝫ veſtrum impleatur.
Omnis enim: qui chꝛiſtuꝫ de inti
ma coꝛdis medulla pure ⁊ illiba
te ⁊ inconcuſſe intra ſinum chari
tatis bꝛachijs amoꝛis cōplectitur
⁊ connectit: totum eius gaudium
reputabit in ſuum. Immo ampli
us gaudet: de gaudio quod chꝛi
ſtus accepit a patre reſurgendo.
ad celos aſcendendo. in dextera
eius ſedendo. q̄ꝫ de illo gaudio:
quod in die iudicij eſt perceptu
rus a chꝛiſto. Igitur fratres cariſ
ſimi maneat in vobis gaudiū chꝛi
ſti: ſiue ſit actiuum ſiue paſſiuum:
ſiue ſit diligentis ſiue dilecti: id
eſt ſiue ſit gaudium quo chꝛiſtus
gaudet de vobis: ſiue ſit gaudiuꝫ
quo nos gaudemꝰ de chꝛiſto: chꝛi
ſti obſeruemus pꝛecepta: vt ipſe
gaudere poſſit de nobis: ⁊ nos de
ipſo gaudere poſſimus. Maneat
in nobis gaudium beatitudinis
eius: non ſolum qua beat vel bea
tificat de ſeipſo gaudentes: ſed eti
am qua clarificatus eſt a patre:
vt nos cum illo in eternitate mere
amur regnare: per eundem domi
num ieſum chꝛiſtum: qui cum pa
tre ⁊ ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat
deus benedictus. per omnia ſecu
la ſeculoꝛum amen.

Sermo decimoquarto.

c Um de redēptoꝛe noſtro
lingua noſtra ſilere nō de
beat: ⁊ ne cito ſit ad futu
rum de ipſo tacentibus nimis no
ſtrum intereſſe conſidero ſi diem ⁊
diem de ipſo loquendo: non per
functoꝛie terminemus. ⁊ ecōtrario
dire damnationis nos ſubire ſen
tentiaꝫ. ſi vanis verbis noſtrā ma
numiſerimus linguam. Igit̄ vana
verba ⁊ non ſonantia chꝛiſtuꝫ nec
religionis tenentia pondus in om
ni loco eterna clauſura damnan

tes ad dulcia eloquia a verbo patris eructuata cythara noſtra ſuaſ cordas extendat: ⁊ plectrum mentis lingua vocis magiſtra tuba in ſonet ſaluatori que de ore melliſluo chriſti profluxere dulcia eloquia vite. Sed vtinā quod vobis proponit̄ nulla vilitatis vel contēptus offuſcaret obductio: ſed artius charitate obnexum: careſceret vobis ſuper lapidem precioſum: ⁊ dulci⁹ ſaperet in veſtri cordis palato: ſup omnia mella ⁊ ſuper quēlibet fauum. Ipſe auctor dulcedinis cui omnia optata ſuccedūt: cuius voluntati cuncta obediunt: q etiaꝫ ea poteſt que impoſſibilia vidētur ...ſe: ſic dulceſcat in cordib⁹ veſtris: vt vos de eo ſemper audire delectet: ⁊ me interius ſapiētiaꝫ que de ipſo ē doceat: ⁊ per lanceā oris mei vulneret ⁊ confodiat hoſtem generis humani: qui pro viribus elaborat: vt ipſa nobis verba chriſti auditu vileſcant: ⁊ mihi et aliis predicata ⁊ docta. ſententiaꝫ damnationis impēdant. Adiuuet nos ſemper ⁊ protegat ⁊ d̄fendat ieſus ab illo: q dilexit ⁊ lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo nos inſtruens verbo ⁊ informans exemplo: ſtatuens edictū ſanctiēs preceptum edictum dulce preceptum vite. edictuꝫ amoris preceptū charitatis ſtatuens ⁊ adimplens: precipiens ⁊ perficiens in ſe inquā ⁊ in nobis. Hoc eſt illud preceptū quod ieſus p̄cepit: qd̄ ſtatuit diſcipulis ſuis preceptū. ſ. charitatis p̄ceptū dilectionis: quod incipit ſic: ſic hꝫ. Hoc eſt preceptū meū vt diligatis inuicē ſicut dilexi vos. Dulcis ⁊ ſuauis dominuſ: dulce ſuaue mandatū proponit. Dulce ⁊ ſuaue illud eſſe videt̄: quod precipit dilectio ⁊ alicit amor. nam nulla ibi apparet difficultas vbi eſt charitas eſt nullus ibi labor: vbi ver⁹ amor eſt. Cūcti amori libēter obediūt: ⁊ eius iugo colla ſummittūt. lubrici lubricoſo. ſancti ſancto. caſti caſto. quilibet in deſiderio ſuo: Ideo dn̄s dat preceptum amoris preceptum dilectionis: vt ſuo precepto omnes obediant. ⁊ ceruiceꝫ ſuperbie ſue: ſub iugo ſue humilitatis edomare feſtinent. Igit̄ fratres mei tanq̄ boni diſcipuli xp̄i ad audiendū eſtote parati: ⁊ preceptū chriſti quod euangelica vobis intonat tuba libenter accipite ⁊ efficaciter in omnibus ⁊ per oīa adimplete: vt ad illum poſſitis per amorē redire: a quo per tumorem ſuperbie receſſiſtis. Nunc intēdat charitas veſtra quid vobis precipiat charitas vera: charitas inexquiſita: charitas inaudita: charitas pia: charitas: bona charitaſ: tota dulcis: tota delectabilis: charitas: ſponſus ſpecioſus: decorus: cādidus: rubicūdus: electus ex milibus. xp̄s futuri ſeculi iudex: princeps pacis ⁊ dn̄s vite. Ait dominus ieſu per omnia tempora benedictus. Hoc eſt preceptum meuꝫ: vt diligatis inuicē ſicut dilexi voſ. Leue preceptum: ſuaue preceptū: ⁊ dulce preceptum. Ad portandū leue. ad amplectendum ſuaue: ad

tenendũ dulce ⁊ delectabile. Quid leuius. quid ſuauis. quidue dulcius. q̄ʒ diligere? Hoc pōt omnis homo ſanus ⁊ eger: diues ⁊ pauper: ſtultus ⁊ ſapiens. nobilis ⁊ ignobilis. ſeruus ⁊ liber. nemo ſe excuſet. nemo ſe in hac parte apologizet.

Cuilibet homini eſt poſſibilitas iſta cōis. amare videlicet. Sequit̃ igit̃ ex precepto dominico. vt nos inuicem diligere debeamus. Sed qm̄ multi ſe diligũt. nō ea dilectione que charitas eſt. ſed ea que in dn̄m eſt blaſphemia. vt ea que fit pro pelle ad pellem. que ꝯcipit dolorem. ⁊ parit iniquitatem. vt ceca libido. proſtibuloſa cupido. que eculeum ſuum. ſic ad impetiginem calcaribus malicie ⁊ nequitie ire compellit. vt baratrum inferni in quo eſt. preuidere ⁊ vitare nō poſſit adiunctum eſt. ſicut dilexi vos. Quō xp̄s nos dilexit. quod ipſe dedit ſupra ſcriptum relinquimus. Sed vt teipſum ad iſtud cognoſcendum. reducam ad teipſum. nouerit dilectio tua. ſctā religio tua. ꝙ caro chriſti ⁊ ſanguis. qui in altari a fidelibus ſummit̃ ⁊ īmolat̃. tibi teſtimonium perhibet quomodo nos dilexerit xp̄s. Ideo noſcat dilectio tua. ꝙ vtilitati proximorũ vtilitas propria quandoqʒ ē poſtponenda. Sed ſi aliam dilectionē xp̄i adhuc ſanctitas tua requirit etiam in bonis temporalibus. tibi ab ipſo collatis poteris inuenire. Unde notandũ eſt. duas eſſe chriſti dilectiones. vnam temporalem aliam ſpiritualem. vnam cōmunē aliam ſpecialem. primam. ſ. tēporalem cōiter iuſtis ⁊ impijs. pietas creatoris adhibuit. ſpiritualē vel ſpecialem. pie ⁊ iuſte viuentibꝰ tātũ attribuit. Hec. ſ. ſpecialis biffariam ſpargitur. Alia eſt de collatōne virtutum. alia de retributione meritorũ. alia eſt qua nos virtutibus. contra tela hoſtis nequiſſimi roborat. alia qua nos de noſtro tyranno legitime triũphantes. gloria perpetua ditat. Has duas dilectiones nobis ipſa pia chriſti dilectio dedit. qua dilexit nos. ⁊ lauit ab omni inquinamento carnis et ſpiritus in ſanguine ſuo. Sicut igitur. nos xp̄s duplici amore dilexit. ita nos bina charitate flagrare p̄cepit dilectione ſui. ⁊ dilectione ꝓximi. Si charitatem deo. ⁊ hominibus corde puro ⁊ conſcientia bona. ⁊ fide non ficta exhibemus. facile peccato reſiſtimus. bonis omnibus abundamus. ſeculi blandimenta rejcimꝰ: ⁊ omnia etiaʒ que difficilia ſunt humane fragilitati vel aſpera. etiā cũ dilectione pficimus. ſi tamē deũ perfecta charitate. que nobis ab illo ē ex toto corde. ⁊ ex tota anima diligamus.

Quem ſi ex toto corde diligimus. nihil erit ī nobis. vnde peccati deſiderijs ſeruiamus. ⁊ quid eſt. deũ diligere? Illi ſoli occupari. animo concipere fruende viſionis eiꝰ affectũ: habere peccati odium. mundi faſtidiuʒ. diligere proximũ quē in ſe cenſuit diligendum. in ipſo amore ſeruare legtimũ modũ. nec peruertere dilectionis ordinē con

ſtitutum. Ordinem dilectionis illi peruertunt: nec modū diligēdi cuſtodiunt: qui aut mundū qui contēnendus eſt: diligunt: aut corpora ſua minus diligenda plus diligūt: aut proximos ſuos non ſicut ſeipſos aut deum plus ꝙ ſeipſos forte nō diligūt. Corpus noſtrum a nobis eſt diligendū: vt ſaluti eiꝰ aut fragilitati naturaliter conſulā vt ſpiritui ordinate ſuiat ſuis motibus: anime rationi in nullo contradicat: vt in die reſurrectionis gloria felici perenniter cum domino viuat.

Sermo decimoquinto.

Proximos noſtros tūc diligimus ſicut nos: ſi nō propter aliquas vtilitates noſtras: vel ſperāda beneficia vel accepta: vel per affinitates. vel conſanguinitates: ſed ꝑpter hoc tm̄ ꝙ ſunt noſtre nature participeſ diligamus. prouide ſm nos oēs proximos diligamus quantū ad mores bonos ꝛ ad vitam eternaꝫ cōſequendaꝫ: eorum ſaluti ſicut ꝛ noſtre pro poſſe cōſulendo: ꝛ eoꝝ neceſſitatibus prout facultas ſuppetit ſubueniendo. deū ex toto corde diligimus. ſi illi ſoli ſm noſtrū poſſe placere ꝯtendimus. ſi ipē ſolus eſt deſideriū noſtrū. ſpes noſtra. intentio noſtra: totus amor noſter. tota charitas noſtra. Alioquin illuꝫ nō perfecte diligimus: nec charitatem tenemus: ꝛ qui charitateꝫ nō habet iam nō eſt eius: nec illuꝫ habebit in premiū ſui laboris qui in hac erūnoſa ſolitudine: rectam ſemitā nō tenuerit charitatis. hec eſt inquā ſemita charitatis nō ſolum diligentem diligere: ſed etiam odientem nō minus ꝙ ſeipſum: ſꝫ ſicut ſeipſum. Stricta ꝛ anguſta ē ſemita iſta. ꝛ pauci vadunt ꝑ eam. Illi ſoli vadunt per eā: qui ꝑpter xp̄m ſeipſos deſpiciunt. ꝛ quibꝰ cūcta preter ipſuꝫ xp̄ꝫ vileſcunt. Iſti ſi aliquas diabolicas ſentes viatores charitatis occultare volentes inuenerint: tanꝙ cerui agiliter fortiterqꝫ currentes. amore celeſtiſ patrie ducti: vltra dant ſaltum. et ipſuꝫ diabolum fraternum odium ſuggerentē: ꝛ deducunt ad nichilum. ꝛ ipſos motus. cū ex illata ſibi iniuria quodāmodo perturbati fuerint. in fratreꝫ cōuiciantem inſanire cupiētes: camo charitatis cōſtringunt. ꝛ allidunt ad xp̄m. Tales profecto animā ſuam ponunt. qꝛ amicis ꝛ inimicis ſe ꝑ charitatem proſternunt. vt oēs homines lucrifaciāt xp̄o. Qui ſic agit. ꝛ xp̄i preceptis obedit. ꝛ ei mutuaꝫ charitatem impendit. iſte in veritate amicus eſt chriſti. ꝛ qꝛ ipſum xp̄m ſeipſum odit ꝛ ſuper omnia diligit ꝛ propter ipſum odientia cuncta. gaudeat qui talis eſt. Qui talis ē vere monachus eſt. ꝛ qui talis nō eſt. licet ſit cuculoſus. licet ſit pānoſus. ſiue abraſus. ſiue tonſoratus. habeat quicqd vis. ſit quicquid vis. eſt imago vel pictura mōachi ꝛ non eſt monachus. Ad verecundiā freneticorū dico. Sūt qdaꝫ in

mōaſterio morbo frenetico laborā
tes.ad irā prōpti.ad iracūdiaꝫ ꝑ
parati.ad odiū feſtini.q pruriginē
cordis p ſcalpedinē lingue trahūt
ad ſcabiē cutis mente corrupti.va
gi ꝛ inſtabiles.circūoculiones. ſu
ſurrones guloſi.murmuroſi inuidi
tumidi ꝛ elati.deo de bonis colla
tis ingrati.ade preuaricantis pelli
cia veſtiti.illius veſtimēto ſalutis
nudati qui ſm deum creatus eſt.
in iuſtitia ꝛ ſanctitate ꝟitatis. Iſti
pelliculā veterē retinent. ꝛ fronte
polita aſtutā rabido portant ſub
pectore vulpeꝫ. Taliū frons eru
beſcat. confundatur ꝛ erubeſcat
nimis velociter. Cōfiteanṫ ꝛ ſanē
tur mutēt aīum. dirigāt greſſuꝫ in
ſemitis eternitatis: in viꝭ caſtiſſi
mi amoris p glorioſiſſimam viam
charitatis. fratribus mutuā chari
tatē īpendant. deum ſup oīa dili
gant. pro illius amore aīam ſuam
ponāt. in omnibus ꝛ per oīa eius
preceptis obediant; vt xp̄i amici
mereantur vocari. ꝛ eſſe qui dicit.
Vos amici mei eſtis. ſi feceritis q̄
ego ꝑcipio vobiſ. O magna digna
tio. inextimabilis charitatis exube
ratio. inolita bonitas. interpreta
bilis pietas. Ab eius conditione
ſeruoꝝ. inuenimur indigni. ꝛ tamē
nos dignaṫ hr̄e. ꝛ vocare amicos.
Largitor dulcedinis. amator cha
ritatis. imo charitas cara. ꝛ beata
iocūditas. ꝛ iocūda tranqllitas. ꝛ
ſecura ſecuritas. ꝛ felix eternitas.
ꝛ eterna felicitas. dn̄s ieſus totus
deſiderabilis. totus amabilis. the
ſaurus incōparabilis. margarita
inextimabilis. vita viuentiū. ſpes
morientium. eterna eorū felicitas
qui pro illius amore ſe infelices fe
cere. O q̄ꝫ felix eſt ille q pro illiꝰ di
lectione: fecit ſe infelicem. Et q̄ꝫ be
atus eſt ille. qui propter ipſum. ſe
metipſum miſerum fecit. Vere ille
eſt felix. ꝛ eterna felicitate dignus
qui ſeipſum deſpicit; ſeipſum cō
temnit: qui diſplicet ſibi. vt in ve
ritate. placeat ſuo creatori. No
ſcat ſuperbus omnis vniuerſus
elatus. in galgalis vitiorum feda
tus. ſcabioſus in pelle luxurioſa. ſe
datus in conſcientia praua: ſibi
placens. ſeipſum ſupra ſemetipſuꝫ
conſtituens. iam non placebit ſuo
creatori. ſi propter errorem ſuum
primum. non diſplicuerit ipſe ſibi.
Nobis igiṫ diſpliceat fratres mei
ꝙ mali fuimus. ꝛ adhuc forſitan
ſumus. ꝛ placeat nobis ꝙ nunc ꝑ
fecti ſumus. ſed dante domino ie
ſu chriſto. ꝛ vtinam noſtro. Perfe
cti erimus ipſius mandata ſeruā
tes. ꝛ ex inimicis eius amici fiemꝰ
qui diſcipulis ſuis dixit. Vos ami
ci mei eſtis. ſi feceritis que preci
pio vobis. Adhuc te alloquor mo
nace benedicti. O homo velox es
ad menſam. tardus ad eccleſiam.
potens ad potandum. ſed eger ad
cantandum peruigil ad fabulas.
ſomnolētꝰ ad vigilias. ꝓcax ad lo
quēdū. ſꝫ mutus ad pſallēdū. prō
ptus ad irā ꝛ detractionē. tardus

ad orationeʒ innidie amator. chri
ſti perſecutor feſtucam reſpiciens.
trabem non conſiderans. ceteros
reprehendis.teipſum nō corripis.
malicie inuentor.diſcipline deſtru
ctor.amicus vitioruʒ hoſtis virtu
tum. Hec ſunt que oculuʒ excecāt
⁊ a deo ſeparāt. Hec ſunt que cō
uerſum faciunt peruerſum.mona
chum demoniacū. Cuʒ de profun
do cordis quod rarum eſt.ſed val
de carum eſt .quanto charitatis
amore verus amator amantū fer
ueat in eis quos pio cruore rede
mit in valitudine mea.mihi ab ip
ſo collata conſidero.totus in veri
tate fateor mihi diſpliceo. ⁊ intra
tmeipſuʒ de memetipſo ꝯfundor.
Cōfundor.⁊ cōfunderer.imo pror
ſus vtiqʒ deſperarem.niſi verbum
quod caro factum eſt.⁊ habitauit
in nobis.⁊ aſcendens in celum ſe
det ad dexteram patris. propitia
tio eſſet pro peccatis noſtris. Sed
mihi in ipō baratro cōfuſiōis mee
infirmo iacenti. ⁊ vitiorū febre la
boranti.de ſua ſede regali.manuʒ
medicinalem extendit dicens. Ve
ni ad me.qui laboras ī labore pec
catorum.⁊ es oneratus a pondere
eoruʒ.⁊ ego te reficiam tibi parcē
do. ⁊ mei amoris gratiam largien
do.nam amicus meus eris.ſi fece
ris ea que ego fieri tibi mandaui.
Quis ad hec non confunderis?
nam quod mihi hoc ⁊ tibi. Cōfun
dantur inimici chriſti: cōuertant̄.
⁊ erubeſcāt valde cito.⁊ erūt ami
ci chriſti. Amici illius ſumus. ſi il
lum ex toto corde diligimus. non

es amicus eius.ſi euʒ ex omni par
te non diligis. Si ex vna parte fue
ris caſtus:⁊ ex alia ſuperbus par
te meminiſſe debes.quia ſuperbis
deus reſiſtit.humilibus autē dat
gratiam.neceſſe eſt igitur vt eum
ex omni parte diligas.neceſſe ē.ut
ex toto corde illi adhereas.nā ad
herere illi bonum eſt.ſecurum eſt.
Quid eſt ei adherere? Spem ſuaʒ
in eo ponere.nihil preter ipſuʒ vel
preter illum amare.imo cuncta ꝓ
pter ipſum deſpicere. omnia odire
vniuerſa faſtidire.quelibet tranſi
toria nec eſſe putare. Hoc eſt bo
num.hoc ē iocundum. ſic diligere
dominū ieſum chriſtum. Qui igiť
ſic eſt.eius amicus ē. ꝯſideremus
igitur fratres mei.quāta ē miſicor
dia redēptoris nr̄i. Ab ipſo repu
tari ſerui non ſumus digni. ⁊ eius
amici vocamur. ⁊ ſumus.ſi in eius
dilectione manebimus.nunc ergo
dn̄i nr̄i veri amici.creatoris oīum
factoris omnium mandata ſerue
mus.vt non ſoluʒ in numero ami
corum.ſed in ſorte filiorum repu
tari ⁊ eſſe mereamur. abnegando
noſmetipſos ꝓpter ipſum qui ſeip
ſum exinaniuit. ⁊ pro noſtra ſalu
te formam ſerui ſuſcepit.in qua ſol
uit que nō rapuit.qui flagellari et
mactari.⁊ crucifigi ⁊ occidi ꝓ no
bis voluit.hoc ē unde debet dili
gi xp̄s.hoc eſt vnde noſter erit do
minus ieſu.ſi ꝓpter ipſum noſmet
ipſos abnegauerimus. Felix abne
gatio ⁊ beatus cōtemptus qui fa
cit de peccatore iuſtuʒ.de inimico
amicum.de ſeruo filiū.imo qđ ma

gnū nimis:de ſeruo diaboli filiuꝫ dei. Igiť monache xp̄i:cōtemptoꝛ mundi.eſto ꝯtemptoꝛ tui. cōtēne mūdū.cōtemne teipſum. Nimis ē magnū quod debeť tuo cōtēptui: quod debeť tue abnegationi. Inextimabilis eſt multitudo dulcedinis:multitudo felicitatis glorioſe eternitatis:quā datur⁹ eſt xp̄s ſcilicet ſeipſum diligentibus ſe. Nihil carius nihil dulcius: nihil precioſius.nihil ſpecioſius xp̄o. Ipſe ſalus ſine languore.vita ſine morte.gaudiū ſine merore. decus ſine fuſcatione. dulcedo ſine amaritudine.Tale premiū debeť abnegantibus ſe propter illū. Hoc premiuꝫ ſcilicet ſeipſum nobis concedat ipſe xp̄s.qui ſine fine viuit et regnat deus benedictus:in ſecula ſeculorum amen.

¶ Diui Bernar.abbatis feria ſexta in paraſceue Sermo deuotiſſimus.

IEſum nazarenum a iudeis īnocēter cōdēnatū a gentibus crucifixū: xp̄iani diuinis honoremus obſeqis. Saluatoris infirma nos: q xp̄iani ſumus:reuerenter venerari amanter amplecti fortiter imitari dignū eſt.ſalubre:ꝛ honorificū. Hec eniꝫ ſunt inſtrumēta fortiſſima: in qb⁹ oipotens virtus: ꝛ inueſtigabilis ſapīa dei:reſtaurationē mūdi potenter:atq mirifice operata eſt: ꝛ vſqꝫ modo opať.xp̄s dn̄s minoratus eſt ab angelis:vt nos equaret angelis.Et quis propter xp̄m nō ſe humiliet: Xp̄s dn̄s pro peccatis noſtris crucifixus eſt: ꝛ crucis amara ſuis amatoribus dulcorauit:mortuus eſt ꝛ morteꝫ necauit: vt viueremus per illū.Et quis nō amet xp̄m dn̄m: Quis nō patiať pro chriſto.Chriſt⁹ ꝑ crucis ignominiam ad ſuperne claritatis gloriam tranſijt:ꝛ data eſt ei pro ſua reuerentia a deo patre omnis poteſtas in celo:ꝛ in terra:vt adorēt eum oēs angeli dei.ꝛ in noīe ieſu oē genu flectať celeſtiū:terreſtriū: ꝛ infernorū. Ubi eſt gloriatio tua o xp̄iane:niſi in noīe crucifixi dn̄i dei tui. In xp̄i noīe:qđ eſt ſuꝑ oē nomē:in quo:q bn̄dictus eſt ſuꝑ terrā benedicet. Gloriamini in nomine filij redēptoris: ꝛ date honorē illi ſaluatori noſtro:q magna fecit i nobiſ:ꝛ magnificate nomē ei⁹ mecū dicētes.Adoram⁹ te xp̄e rex iſrael.iter gentiū.pnceps regū terre.dn̄s de⁹ ſabaoth.ꝟtus oīpotētis dei fortiſſima.Adoram⁹ te pretioſuꝫ pretiū redēptiōis nr̄e. hoſtiaꝫ pacificā:que ſola odoriſ tui ſuauitate inextimabili pꝛeꝫ:q in altis hitat.ad reſpitiendū hūilia īclinaſti.ꝛ filijs ire placabilē reddidiſti. Tuas xp̄e miſatōeſ pdicam⁹.tue ſuauitatis memoriā cū abūdātia eructam⁹.Tibi xp̄e ſacrificiū laudis ymolamus ꝑ multitudine bonitatis tue:quā oſtdiſti nob ſemini neqꝫ:filijs ſceleratis.ꝛ pditis.cū adhuc inimici tui eſſemus dn̄e. ꝛ mors iniqua in oēꝫ carnē exerceret dn̄iuꝫ.cui oē ſemē adā erat obnoxiū lege pmordialiſ culpe.recor

datus es verbi miſericordie tue:et
proſperiſti de ſublimi habitatione
tua in hanc vallē ploratiōis nr̄e:τ
miſerie. Uidiſti afflictionez populi
tui:τ tactus dulcore charitatis in-
trinſecus appoſuiſti cogitare ſup
nos cogitatiōes pacis:τ redēptio-
nis. Et qdē cū eſſes filius dei. deꝰ
verus deo p̄ri ſanctoqz ſpū coeter-
nus:τ ꝯſubſtantialis lucē habitās
inacceſſibilē:portāſqz oīa ꝟbo vir
tutis tue:non deſperiſti in hoc nr̄e
mortalitatis ergaſtulū altitudinez
tuā inclinare:vbi noſtrā τ guſtareſ
τ abſorberes miſeriā:noſqz repara
res ad gloriā. Parū fuit charitati
tue ad cōſumandū opus nr̄e ſaluꝭ
cherubin aut ſeraphyn aut vnum
ex angelis deſtinare. Ipſe venire ad
nos dignatꝰ es p mandatum p̄ris
cuiꝰ nimiā charitatē exptī ſumꝰ in
te. Ueniſti inq̄ nō locū mutādo. ſz
p̄ſentiā tuā nobis p carnē exhiben
do. Ueniſti a regali ſolio ſublimis
glorie tue. in humilē:τ abiectam in
oculis ſuis puellā:pio ꝟginalis cō
tinētie voto ſigillatā:in cuiꝰ ſacro
vtero ſola ſpūs ſci. inenarrabilis ꝟ
tus te ꝯcipi fecit. τ naſci ī vera hu
trii omnino nõ poteſt.qꝛ vocaui:ꝛ renuiſtis. extendi manum meã.ꝛ non fuit qui aſpiceret.ꝛ poſt pauca.Ego quoqꝫ in interitu veſtro ridebo.ꝛ ſubſanabo.cũ vobis.qđ timebatis.aduenerit.cũ irruerit repentina calamitas.ꝛ interit⁹ quaſi tempeſtas ingruerit.Quid ergo in inſipientium interitu ſapientie credimus placiturũ. niſi iuſtiſſimã ſuã diſpoſitionẽ. ꝛ irreprehenſibiliũ ordinẽ rerũ: Sane qđ ſapientie tunc placebit.ſapientib⁹ quoqꝫ neceſſe eſt qđ placeat vniuerſis. nõ tibi ergo durum videatur forte ꝙ dicit̃ oculis tuis conſiderabis: qñ ꝛ ridebis in eoꝝ interitu. nõ ꝙ velud quadam ĩmanitate crudelitatis in ipſa tibi vltiõe cõplaceat. ſed ꝙ modus ipſe pulcherrim⁹ diuine ordinationis vltra ꝙ̃ credi poſſit iuſtitie zelatores.ꝛ amatores equitatꝭ oblectet. Ubi optime oĩa ꝯſtituta ꝛ ſuũ cuiqꝫ ceſſiſſe locum. imo in ſuũ ꝙ̃qꝫ ceſſiſſe pleniuſ.ꝛ pfecti⁹ illuſtrãte veritate cognoſceſ. Quomõ oĩa ꝯſiderare ꝛ in oĩbus omniũ moderatorẽ ſignificare libebit: Pulchre oĩo petrus apoſtolus filiũ perditionis in locũ ſuum abiſſe teſtat⁹ eſt.ꝙ in aere crepuit medius aerearũ collega poteſtatũ:vtpote quẽ veri dei.ꝛ veri pariter hoĩs qui de celo veniſſet operaturus ſalutẽ in medio terre huius proditorẽ nec celum reciperet nec terra ſuſtineret. Itaqꝫ oculis tuis ꝯſiderabis.ꝛ retributionẽ peccatorũ videbis. Primo equidem ob tuã euaſionẽ.ſecũdo ob oĩmodã ſecuritatẽ. Tertio quoqꝫ ob comparationẽ. Quarto ob ipſius iuſticie perfectã emulationẽ. Erit enim iã tunc nõ miſericordie.ſed iudicij tẽpus.nec vlla oĩo credenda ẽ erga ĩpios futura illic miſeratio. vbi nulla ſperanda eſt correctio. Procul enim humane infirmitatis iſta mollicies.qua tamẽ interim charitas vtitur pro tpe ad ſalutem ampliſſimo quodã velud ex parſe ſagene ſinu ꝛ bonos.ꝛ malos colligens piſces id eſt affectus iocundos pariter ꝛ moleſtos. Uerꝫ hoc quidem in mari.nam in littore ſolos eliget bonos ſic videlicet gaudens cum gaudentibus. vt ex hoc iam cũ flentibus flere non poſſit. Alioquin qũo in nobis iudicabit̃ hic mundus:niſi huius terrene affectionis obliti:introductiqꝫ fuerimus in cellam vinariam ſm eũ:q dixit introibo in potentias domini: memorabor iuſtitie tue ſolius. nõ modo quidẽ permittit̃ ꝯſiderare perſonã pauperis. aut miſereri ei in iudicio.ſed cũ moleſtia cohercendi eiuſmodi pietatis affectus ꝛ equitatis eſt dictanda ſnĩa. Quanto magis vbi nulla animi colluctactio. Ubi nulla poterit ſubintrare molleſtia oportet ĩpleri qđ dictum eſt. Abſorti ſũt iũcti petre iudiceſ eoꝝ. Abſorti plane ĩ affectũ iuſtitie.ꝛ petre ſoliditatẽ cui iũcti ſunt imitantes. Iũcti inquit petre quã pfecto ſolã vt ſeqrent̃.cetera oĩa reliqrunt.nẽpe hoc eſt ꝙ ĩterrogã

ti petro qñdã accepturi eẽnt petra ipa rñdit. Cũ ſederit fili⁹ hois ĩ ſede maieſtatꝭ ſue: ſedebitꝭ ꝛ vos ſup ſedes duodecı̃. iudicãtes duodecĩ trib⁹ iſrael. Hec quoqȝ ꝓpheta ꝓnũtiãs ait. Dñs ad iudiciũ veniet cũ ſeniorib⁹ populi ſui. Tũc tũc putes ſenſibile: vel flexibile qppiã ue niẽdũ ĩ iudicib⁹ victis petre. Qd adheret deo apoſtolus ait vnus ſpũs ẽ: ꝛ q petre iũgiẽ vnus lapis. Ad qd ſane nõ ĩmerito ꝓpheta ſuſpirãſ. Mihi ingt adherere deo bonũ eſt. Ita ẽ abſorti ſunt vincti petre iudices eorũ. O familiaritatis grãm. o honoris culmẽ. o fiducie ꝓuilegiũ. o ꝓrogatiuã ꝑfecte ſecuratis. Quid.n. tã pauẽdũ. qd tã plenũ anxietatis. ꝛ vehemẽtiſſime ſollicitudiniſ excogitari põt. q̃ȝ iudicãdũ aſtare illi tã terrifico tribunali: ꝛ incertã adhuc ſub tã diſtricto iudice expectare ſñiam Horrẽdũ eſt ait apoſtolus incidere in man⁹ dei viuẽtis. Judicemur interim frẽs ꝛ terribilẽ illã expectationẽ ſtudeam⁹ pñti declinare iudicio. Non iudicabit deus bis in id ipm: ſane vt quorũdã peccata ſic ꝛ quorũdam ſtudia bona manifeſta ſunt ꝑcedẽtia ad iudiciũ: vt illi qdem non expectantes ſententiam proprio ſtatim pondere criminum in tartara deiciantur: iſti vero e regione paratas ſibi ſedes tota libertate ſpirit⁹ ſine vlla cunctatione cõſcendant. Felix paupertas voluntaria relinquentium omnia: ꝛ ſequentium te domine ieſu. Felix plane que tam ſecuros immo tam glorioſos faciat in illo ſingulari flagrore elementorum. in illo tremendo examine meritorum. in illo tanto diſcrimine iudiciorum. Jam vero audiamus quid ad tantas promiſſiones deuota ꝛ fidelis reſpondeat anima. ne forte aut diffidere: aut ſecus q̃ȝ oporteat fidere videatur. Quoniam tu es inquit domine ſpes mea. Quid tam ſobrie: quid tam pie potterat dici? Sed nec aliud huic verbo videtur poſſe conuenientius reſpondere: q̃ȝ ꝙ ſequitur altiſſimum poſuiſti refugium tuum. Ceterum ignoſcite nobis fratres hodie quoqȝ promiſſe etiam terminos breuitatꝭ paulo min⁹ exceſſiſſe videmur.

Quoniam tu es domine ſpes mea altiſſimũ poſuiſti refugiũ tuũ.

Sermo. viij.

Etiam fratres hodie aliquid audiamus de promiſſione patris: de expectatione filiorum: de fine huius noſtre peregrinationis: de mercede laboris: de fructu captiuitatis. Equidem dura omnino captiuitas non modo illa cõmunis quam ex ipſa conditione generis tolleramus humani. ſed hec quoqȝ qua voluntates mortificare proprias. etiam proprias perdere in hoc mundo animas feſtinantes in has tam rigide compedes diſcipline. in hunc tam grauis pnie carcerẽ dedimus noſmetipſos. Miſeranda ſeruitus plane: ſed ſi coacta. ſed ſi non ſpontanea videretur. nũc vero cum volunta

rie ſacrificetis deo. nec ingerat̃ vlla niſi per ipſam voluntatem violentia voluntati: profecto aliqd eſt in cã. Illud puto aliqd quo maius aliquid eſſe nõ põt. An vero plangẽdus videtur q̃libet magnũ q̃libet laborioſum. ꝙ propter eũ fiat? Et ſi magnitudo ipſa laboris interdum forte compaſſionem extorq̃at ſed multo magis cauſe conſideratio erigit congratulationem. Quid ꝙ bona omnia nõ modo ꝓpter eũ ↄſtat fieri: ſed per eum. Deus enim eſt. q in vobis operatur ⁊ velle. ⁊ ꝑficere. ꝓ bona voluntate. Ipſe enĩ authoꝛ ipſe remuneratoꝛ operis. ipſe remuneratio tota: vt ſummuʒ illud bonum. cuius nimirum tam perfecta eſt ſimplicitas in ſeipſo: duplex quodãmodo in nobis videatur cauſa bonoꝛum. et effectiua ſcilicet: ⁊ finalis. Bene igitur dilectiſſimi ꝙ in hĩs omnibus tam multis laboꝛibus veſtris non modo ſubſiſtitis: ſed etiaʒ ſuperatis ꝓpter eũ qui dilexit vos. An vero non ꝑ eũ? Et manifeſte. Sicut enim habundãt ꝓ chꝛiſto tribulationes noſtre apoſtolus ait. ita habũdãt conſolationes nr̃e per ipm̃. Vſitatus ſmo cõis ſermo ꝓpter deũ. ſʒ plane. vbi nõ vacue dr̃. ꝓfundiſſimus ſermo. Crebꝛo ſonat in oꝛe hoĩum. etiã a quoꝝ corde lõge eẽ pꝛobat̃. Oẽs enim ſibi ꝓpter deũ pꝛeſtari poſtulant. ꝓpter deũ flagitant ſubueniri. Facile quoq; ea ipſa petunt ꝓpter deũ: que tamẽ nõ ſunt ſʒ deũ: ⁊ id ſibi fieri quis obſecrat pꝛopter deũ: qꝺ nõ deſiderat ꝓpter deum: magis foꝛte ↄtra deũ. Ceteruʒ plane viuus: ⁊ efficax ſmo: vbi nõ per functoꝛie: nõ vſurpatoꝛie: nõ velud quodã loquẽdi vſu: vel arte perſuadendi ſʒ ex pinguedine: vt dignũ ẽ: deuotionis: ⁊ pura animi intẽtiõe ꝓcedit. Tẽpe ⁊ mũdus trãſit. ⁊ cõcupiſcẽtia eius. nec ſatis vtiliter poſita: aut ſtabilita firmit: vel cadente eo q̃ ꝓ eo facta ſunt videbũtur. Vbi enim cauſa ipſa deficiet. quomodo nõ oĩa quoq;. q̃ videbantur innixa. pariter euacuabunt̃? Propterea deniq;. ⁊ qui in carne ſeminant ſolaʒ metere habent e carne coꝛruptionẽ. qꝺ videlʒ oĩs caro fenum. ⁊ gloꝛia eius tanq̃ flos feni. ⁊ vbi fenũ arruit: floꝛeʒ quoq; nihilo minus cadere ſit neceſſe. Solus q eſt cã indeficiens. nec flos feni. ſed verbum dñi manet in eternũ. Deniq; inquit celum: ⁊ terra trãſient: verba autem mea nõ trãſient. pꝛudent̃ itaq; dilectiſſimi: ⁊ vtiliter eligitis ꝓpter verba labioꝝ eius cuſtodire vias duras: illic ſeminãtes: vbi ne minima quidem veſtri portio ſeminis valeat depire. Sane q parce ſeminat: non quidem nõ metet: ſed parce metet. Tẽpe qui metit mercedem accipit: ⁊ ſcimus quiſ pꝛomiſit. nec eum quidem: qui pꝛo nomine ſuo calicem aque frigide dederit ſitienti. mercede ꝓpꝛia cariturum. Nunquid tamen non in qua menſura mẽſus fuerit ſibi quoq; remetietur? aut in retributione equabitur ei: qui non aquam poꝛrigens: ſed ſanguinem fundens ꝓpinatum ſibi biberit calicem ſalua

Qui habitat in adiutorio altiſſimi.

toris. Non eſt hic calix aque frigi⸗
de. Sed calix inebrians ꝗ̄ preclaꝛ
rus. calix vini meri. ⁊ quidem ple⸗
nus mixto. Solus enim habuit me
rum vinum dominus meus ieſus.
qui ſolus perfecte mundus. ſemper
etiam poteſt facere mundum de ī⸗
mundo conceptum ſemine. Solus
plane habuit merū vinum: q nimi
rumꝪ ſecūdū diuinitatē ſapiētia ē
vbiqꝫ attingēs ꝓpter mūdiciā ſuā
⁊ nihil inquinatū incurrit in eā. ⁊
ſm̄ humilitatem peccatum non fe
cit. nec inuentus ē dolus in ore eiꝰ
ſolus nō debito ꝯditiōis guſtauit
mortem: ſed ſue beneplacito volun
tatis. ſane nō ob propriā vtilitatē:
bonorū enim noſtrorum nō eget. ſꝫ
nec tanꝗ̄ retribuēs nobis gratiaꝫ.
ꝓ gratia. Qui nō aliter pro amicis
mortuus eſt. niſi pro acquirendis
videlicet: vt amicos faceret ex ini⸗
micis. Cum enim inimici adhuc eſ⸗
ſemus reconciliati ſumus deo per
ſanguinem filij ſui: aut potiꝰ pro iā
amicis etſi nūdum quidem aman⸗
tibus. ſed tamen iam amatis. In
hoc enim gratia nō quaſi nos dile⸗
xerimus deum ſed quoniā ipſe ꝑor
dilexit nos. Uis noſce ꝗ̄ longe pri⸗
or. Benedictus deus. ⁊ pater domi
ni noſtri ieſu chriſti. ait apoſtolus.
qui benedixit nos in omni benedi
ctione ſpirituali in celeſtibꝰ in chri
ſto ieſu. ſicut elegit nos in ipſo ante
mūdi cōſtitutionē. Et poſt pauca.
Gratificauit nos inquit in dilecto
filio ſuo. Quomodo ergo non dile⸗
cti iam tunc in illo. nō electi ī illo?
Quomodo nō ei grati in quo gra⸗
tificati ſumꝰ? Sic ergo xp̄s ſm̄ tp̄s
quidem pro impijs mortuus ē. ſm̄
p̄deſtinationem autem pro fratri⸗
bus: ⁊ amicis. In hijs omnibus me
rum eſt vinum ipſius equideꝫ ⁊ ſo⸗
lius vti nec quiſpiam ceterorꝫ pre
ſumere audeat nō eſſe quod ſibi ꝓ
pheticum illud aptetur. vinum tuū
mixtum eſt aqua. Primo ꝙ nemo
interim mundus a ſorde: nemo glo
riari poſſit omnino caſtum ſe habe
re cor: deinde ꝙ mortis debitū ſol⸗
uant quandoqꝫ neceſſe eſt. Tertio
ꝙ ponētes pro chriſto animas. hoc
ſibi compendio vitam mereantur
eternam. ſed ⁊ ve eis ſi ipſius eru⸗
beſcerent teſtimonium. Quarto ꝙ
prerogate ſibi ⁊ tam gratis exhibi⸗
te. tante dilectioni in partem nimiſ
exiguamqꝫ rependant. Attamē ne
hoc mixtum qui ſine mixtura ē de⸗
dignatur a deo vt fiducialiter apo
ſtolus dicat implere ſe. que deſunt
paſſionum chriſti in corpore ſuo ſit
ergo licet electis pariter omnibus
vnus: idemqꝫ denarius vite reddē
dus eterne. ⁊ in ipſa tamē ſicut dif⸗
fert ſtella a ſtella in claritate. ⁊ alia
claritas ſolis. alia claritas lune. et
alia claritas ſtellarum. ſic erit ⁊ re⸗
ſurrectio mortuorꝫ. ⁊ ꝗ̄uis vna do
mus: diuerſe tamē in ea ſunt man⸗
ſiones. vt videlꝫ quātū quidē ad
eternitatem. ⁊ ſufficientiam. ⁊ qui
parum non minoretur. ⁊ qui mul⸗
tum habūdet. quantum ad eminē
tiam vero ⁊ diſcretionem meritorꝫ.
Unuſquiſqꝫ accipiat ſecundum ſu
um laborē. nequid omnino pereat
quod in chriſto ſit ſeminatuꝫ. Hec

autem dicta ſunt fratres: vt illius tam ſpecialis reſponſi ꝙ hodie nobis ꝯſiderādū eſt gratia commendet. Quoniā tu es dn̄e ſpes mea. Quicquid agendum ſit: quicquid declinandum: quicquid tollerādū. quicquid optandū. tu es domine ſpes mea. Hec vna mihi omnium promiſſionū cauſa: hec tota ratio mee expectationis. Pretendat alt meritum. ſuſtinere ſe iactet pond⁹ diei ꝛ eſtus. ieiunare bis in ſabbato dicat: poſtremo non eē ſicut ceteros hominum glorietur. mihi aūt adherere deo bonum eſt: ponere in domino deo ſpem meam. Sperent in alijs alij: forte hic in ſcientia litterarū: hic in aſtutia ſeculi. ille ī alia qualibet vanitate confidat. ꝓpter te omnia detrimētum feci. vt ſtercora arbitror: quoniam tu es domine ſpes mea. Sperat qui vult in incerto diuitiarū. ego vero ne ipſa qdē niſi abs te victui neceſſaria ſpero. nimirum fidens verbo tuo in quo abieci omnia. Querite primum regnū dei: ꝛ iuſtitiā eius: ꝛ omnia adicientur vobis. Tēpe tibi derelict⁹ eſt pauper: orphano tueris adiutor. ſi mihi premia ꝑ te optinenda ꝓmittunt ſperabo. Si inſurgant aduerſum me prelia. ſi ſeuiat mundus. ſi fremat malignus. ſi ipſa caro aduerſus ſpiritum concupiſcat: in te ego ſperabo. Fratres hec ſapere. ex fide viuere eſt. nec alius ex ſentētia dicere poteſt. quoniam tu es domine ſpes mea: niſi cui intus perſuaſum ſit a ſpiritu: vt quēadmodum monet ꝓpheta iactet cogitatū ſuū in domino. ſciēs ꝙ enutriēd⁹ ab eo ſit. Iuxta illud quoqꝫ petri apoſtoli. Omnē ſollicitudinē veſtram proiicientes in eum. q: ipſi cura ē de vobis. Utquid enīꝫ ſi hec ſapim⁹: vtquid cūctamur abicere oīo ſpes miſeras: vanas: inutiles: ſeductorias ꝛ huic vni tam ſolide: tā ꝑfecte. taꝫ beate ſpei: tota deuotiōe animi: toto feruore ſpūs inherere. Siqd illi impoſſibile. ſiquid difficile ē. quere aliud in quo ſperes. Sꝫ uerbo oīa pōt. Quid facilius dictu: Attamen ne huiuſmodi dictū intelligas volo. Si decreuerit ſaluare nos. continuo liberabimur. Si iuſtificare placuerit. vita in voluntate eius ē. Si ꝑmia eterna largiri: lꝫ ei quod vult facere. An vero iaꝫ de facilitate nō dubitas. ſed ipſa ē tibi ſuſpecta voluntas: Plane ꝛ volūtatis teſtimonia credibilia facta ſunt nimis. Maiorem hanc dilectionē nemo habet: ꝙ̄ vt animā ſuam ponat qs pro amicis ſuis. Deniqꝫ quādo in ſe ſperanti deſit illa maieſtas: que tam ſtudioſe monet in ſe ſperari: Plane non derelinquit ſperantes in ſe. Adiuuabit eos. ꝛ ſaluabit eos ꝛ eruet eos a peccatorib⁹. Quare: Quibus meritis: Audi quod ſequitur. Quia ſperauerunt in eo. Dulcis cā: attamen efficax: attamē irrefragabilis nimirum hec eſt iuſtitia. ſed que ex fide eſt non ex lege. De quacunqꝫ inquit tribulatione clamauerint ad me: exandiam eos. ecce numera tribulationes. ſecundūꝫ multitudinem earum conſolatiōes eius letificabunt animam tuam.

Qui habitat in adiutorio altiſſimi.

Dummō non ad alia cōuertaris: dūmodo clames ad eū: dūmodo in eum ſperes.nec humile aliquid: vel terrenum ponas refugium tuū. Quis ſperauit in eo:⁊ confuſus ē: Facilius eſt celum:⁊ terrā tranſire ꝙ̄ verbū ei⁹ euacuari. Altiſſimum inqt poſuiſti refugiū tuū. nō accedet illuc tēptator. nō calumniator aſcendet.nō peſſimus ille fratrū accuſator attinget. Nempe ei dicitur hic recolite pſalmi p̄mordia ei. dr: qui in ꝓtectione altiſſimi cōmorat̄ illuc refugiēs a puſillanimitate ſpiritus:⁊ tēpeſtate. Que quidem duplex ē neceſſitas fugiendi. ꝙ videlꝫ ⁊ foris pugne:⁊ intus timores. Minus enīꝫ fugere oporteret: ſi vel interior magnanimitas exteriores tumultus viriliter ſuſtineret:vel exteriori trāquillitate puſillanimitas ꝓpria foueretur. Altiſſimum ait poſuiſti refugium tuum. Sepe illuc fugiamus fratres. munitus eſt locus nullus ibi timetur hoſtis. Utinam magis ſemper ibi manere liceret.ſꝫ non eſt hoc temporis huius. quod modo refugium eſt.quandoqꝫ habitaculum erit.⁊ habitaculum ſempiternum. Interim ſane etſi pſiſtere nō cōcedit̄:frequent̄ tn̄ ē recurrendū. Nēpe ad oēm tēptationeꝫ. ad oēm tribulationē:ad oēm deniqꝫ cuiuſcūqꝫ neceſſitatē apta nob eſt vrbs refugij.ſinus matris ē expaſſuſ.parata ſunt foramina petre. patēt viſcera miſericordie dei nr̄i. Hoc refugiū q declinat. nihil mirū ſi effugere nō meret̄. Iā qdē frēs. que dicta ſunt ad expoſitionē ꝟſus huius viderent̄ poſſe ſufficere.ſi dixiſſet ꝓpheta:qm̄ in te ſperaui. ſicut in pſalmis qbuſdā inuenit̄. Ceterū qd dicit tu es dn̄e ſpes meaꝫ. forte ampli⁹ aliqd:⁊ ſublimius ſonat:ꝙ videlꝫ nō mō in eū ſperet.ſꝫ eū. Cōuenictius ſiqdeꝫ ſpes nr̄a dr̄.ꝙ ſperam⁹.ꝙ̄ in quo ſperam⁹. Sūt aūt forte nōnulli q a dn̄o obtinere corporalia:ſeu ſpūalia cōcupiſcūt. ſed ꝑfecta charitaſ ſolū ſitit qd ſummū ē:tota dſiderij vehemētia clamās. Quid enī mihi ē in celo.⁊ a te qd volui ſup terrā. De⁹ cordis mei. et ps mea de⁹ in eternū. Pulchre nobis vtrumqꝫ paucis hodie verbis. hieremie ꝓphete lectio cōmēdauit Bonus es dn̄e ſperātibus ī te.aīe querēti te. Ubi ſane ⁊ ipſaꝫ interiꝫ diſcretionē prudent̄ aduerte.ꝙ ſperantes qdeꝫ in eo pluralit̄ dixerit: ꝙ hoc videat̄ cōe multoꝝ:q̄rere vere eū ſingularit̄:ꝙ ſingularis ſit puritatis.ſingularis gratie:ſingularis perfectionis.non modo nihil ſperare.niſi ab eo.ſed nil querere niſi eū. Quod ſi bonus illis eſt.quanto magis iſti: Merito proinde querēti illum anime reſpōdet̄. altiſſimuꝫ poſuiſti refugium tuum. Neqꝫ enīꝫ ſic deum ſitiens anima.aut cum petro in terreno monte facere tabernaculum:aut cum maria deinceps eum vult tangere in terra ſed plane clamat. Fuge dilecte mi.⁊aſſimilare capree: hinnuloqꝫ ceruorum ſuper montes bethel. Audiuit enim dicentem. Si diligeretis. me gauderetis vtiqꝫ. quia vado ad patrem: quia pater maior.

me eſt. Audiuit dicentez. Noli me tangere nũdũ enim aſcendi ad patrẽ. Et celeſtis iam non ignara cõſilij: clamat cum apoſtolo. Etſi cognouimus ſm carnem xp̃m: ſz nũc iam nõ nouimus. Super montes inquit bethel. ſupra oẽm videlicet principatũ: ⁊ poteſtatẽ. ſuper angelos: ⁊ archãgelos. cherubin quoqz ⁊ ſeraphin. neqz enim alij ſunt mõtes domus dei: ꝙ ſonat bethel. plane in dextera patris: vbi iam non ſit pater maior eo in dextera altiſſimi: coaltiſſimũ apprehendere cõcupiſcens. Hec enim eſt vita eterna fratres: vt patrem cognoſcam⁹ verũ deum: ſed ⁊ quez miſit ieſum xp̃m verum nihilominus ⁊ vnum cum eo deum ſuper oĩa benedictũ in ſecula ſeculorum. Amen

Nõ accedet ad te malum ⁊ flagelluz non appropinquabit tabernaculo tuo.

Sermo nonus.

n Ec noſtra eſt. nec noua vobis: ſed nota oĩno ſnĩa in p̃cipuis qbuſcunqz pĩibus fidei noſtre. qd nõ ſit. ꝗ̄ qd ſit. ⁊ ſciri poſſe facilius: ⁊ periculoſi⁹ ignorari. Idẽ ſane etiã ſpei nõ incõuenięter tribui poſſe videt̃: lõge eniz facilius mens humana tantorum expta malorũ: qbus ſit caritura. ꝗ̄ quibus pfruitura cõprehendit. nẽpe germana fidei: ſpeiqz cognatio eſt: vt ꝙ illa futurũ credit. hec ſibi incipiat ſperare futurum. Merito proinde apoſtolus fidem ſperãdarũ ſubſtantiã rerũ eſſe diffinit. ꝙ videlicet ⁊ nõ credita nemo ſperare: nõ pluſꝗ̄ ſuper inane pingere poſſit. Dicit ergo fides. parata ſũt magna: ⁊ inexcogitabilia bona a deo fidelibus ſuis. dicit ſpes mihi illa ſeruant̃. nã tertia quidẽ charitas curro mihi ad illa. Ceteruz vt iaz memini difficile oĩno aut etiaz ĩpoſſibile eſt illoꝝ qualitatez inueſtigare bonoꝝ: niſi cui forte iuxta illud apoſtoli. que oculus nõ vidit nec auris audiuit: nec in cor hoĩs aſcẽdit: que p̃parauit deus diligẽtibus ſe: reuelauit ipſe p ſpũz ſuũ. Sane quãtũlibet pfectuſ in carne adhuc mortali degẽs: niſi eniz eẽt hic quedã: vt ita dixerim: iperfecta pfectio. nõ diceret apoſtol⁹ quotquot pfecti ſum⁹ idip̃z ſentiam⁹: idipſuz pfecto ꝙ p̃miſerat: nõ ꝗ̄ſi iaz accepim: aut iã pfectus ſim. ét paulus ipſe neceſſe eſt fateat̃: quia nũc cognoſco ex parte. ⁊ itez: videmus nunc p ſpeculũ in enigmate: tũc aũt facie ad faciez. Qd ꝰ hoĩ interim noſcit̃ capabili⁹. pia ſane ⁊ puida in culcatricẽ ãplius commendat̃. Propriũ. n. afflictoꝝ eſt: vt moleſtijs eximi ſummã reputẽt felicitatẽ: ⁊ carere miſeria pfectam beatitudinẽ arbitrẽt̃. Vñ ⁊ ppha i pſalmo. Cõuertere ingt aĩa mea in requiez tuã: qꝛ dñs benefecit tibi. Nec vlla tñ collate munera felicitatis enumerat. ſz adiungit. Quia eripuit aĩaz meã de morte: oculos meos a lacrimis: ⁊ pedes meos a lapſu. In qbus ſane verbis patenter indicat. quantaz ſibi requiem. quantaqz dñi beneficia iudicet a tribulationibus ⁊ periculis libera

ri. Cui profecto ſnīe illud quoque ꝙ de pſalmo nonageſimo hodie nobis tractandum eſt ſimile inue nit. Nō accedet ad te malū. ⁊ flagellū nō appropinquabit tabernaculo tuo. Eſt aūt verſus ipſi⁹ quātū nos capimus facilis intelligentia: ad quā forte iam aliq preuolarint. neqꝫ enim tā rudes eſtis: aut ſpūalis ſtudij tam exptes: vt non facilime inter vos: ⁊ tabernacula veſtra. ⁊ rurſuꝫ inter qđ malū: ⁊ ꝙ flagellū dicitur: diſcernatis. nam ⁊ apoſtolū audiſtis dicentē. cuꝫ iam bonū certamen certaſſet velocem fore depoſitioneꝫ tabernaculi ſui. Sed qd ego apoſtoli ꝟba memoro: Quaſi vero ignorare poſſit miles tabernaculū ſuum: aut exēplo docēdus ſit alieno: Uidem⁹ ſane nōnullos tabernacula ſua in turpiſſime captiuitatis domicilia cōmutaſſe: nec militare in hijs. ſꝫ miſeram gerere ſeruitutē. Jmo vero: qđ oīno riduculuꝫ eſt. ſic errāt aliqui: ⁊ in tantā obliuionē. ⁊ ſpiritualem freneſim deuenerunt: vt nihil ſeſe aliud putare ꝙ̄ ſuum hoc exterius tabernaculum videantur.
Quid eniꝫ aliud: ꝙ̄ nō modo dei: ſed ⁊ ſui ignorantiam habent: qui tanꝙ̄ mortui a corde omneꝫ cōſumunt operam circa carnem: ſic intendētes tabernaculo ſuo: acſi nūꝙ̄ putent eſſe caſurum: Uerumtamē cadat neceſſe eſt: atqꝫ id qdeꝫ in breui. An nō ſeipſos neſcire videntur. qui ſic dediti ſunt carni: et ſanguini. acſi omnino nihil aliud ꝙ̄ carnem ſolum eſſe ſe reputent. ſic ī vano accipiētes animas ſuas tanꝙ̄ prorſus ignorent aīas ſe habere: Si ſeparaueris precioſum a vili ait dñs: tanꝙ̄ os meum eris. Hoc eſt ſi ſolerter diſcreueris īter exteriorem. interiorēqꝫ ſubſtantiā vt nō plus tabernaculo tuo timeas a flagello. ꝙ̄ tibi ipſi a malo.
Hoc enim malū eſt. Unde dicit̄: Declina a malo: ⁊ fac bonū. Hoc malum qđ ſua quidē anima aīaꝫ priuat. qđ ſeparat inter te. ⁊ deū: vt eo regnante tanꝙ̄ corpus ſine anima. ſic ſit anima ſine deo plane mortua in ſemetipſa. inſtar vnius coꝝ. quos tanꝙ̄ ſine deo in hoc ſeculo fuiſſe apoſtolus memorabat. nec ſane dixerim. vt vel ipſaꝫ odio habeas carnem tuam. Dilige eaꝫ tanꝙ̄ tibi datam in adiutorium. ⁊ ad eterne beatitudinis conſortiuꝫ preparatam. Ceterum ſic amet anima carnem. vt non ipſa in carnem tranſiſſe putetur. dicaturqꝫ a domino. non permanebit ſpiritus meus in homine. quia caro eſt. Diligat anima carnem ſuam. ſed multo magis ſuam ipſius animam ſeruet. Amet adam euam ſuam, ſed nō ſic amet. vt plus voci eius obediat. ꝙ̄ diuine. Deniqꝫ ne ipſi quidem expedit ſic amari. vt videlicet cui interim caues a flagello pater ne correctionis theſaurizes iram eterne damnationis. Genimina viperarum ait iohannes. Quis demoſtrauit vobis fugere a ventura ira: Facite dignos fructus penitētie. Acſi euidētius loqueretur. Apprehendite diſciplinam. nequā

do iraſcatur domin⁹. ſuſtinete vir gam corripientez. ne ſentiatis mal leum conterentem. Quomodo dicunt carnales homines vobis crudelis eſt vita veſtra. non parcitis carni veſtre. Eſto: non pcimus ſemini. in quo ei magis pcere poteramus. An nō melius eſt illi renouari ꝛ multiplicari ī agro. q̄ ī horreo putrefieri: Ben cōputruerunt iumēta in ſtercore ſuo. Sic vos pcitis carni veſtre. Sumus nos crudeles interim nō parcēdo. at vos plane parcēdo crudeliores. Siquidem etiam nunc caro noſtra regeſcit in ſpe. videritis ipſi quod ignominie interim veſtra ſuſtineat. qd miſerie eā maneat in futurū. Non accedet ad te malum. ꝛ flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Hic duplex ſtola. ꝛ gemina q̄dam immortalitas cōmendatur. Unde eniz niſi ex ſeparatione anime corporis mors procedit: inde eſt ꝙ mortuum corpus ex anime nominatur. Unde autez ſeparatio hec. niſi ex flagellis preſentibus ex qualibet doloris vehementia. ex ipſius corporis corruptione: ex pena peccati: Merito proīde timet: ꝛ odit flagellum caro noſtra: quo nimirum ex ipſius anime taz delectabili: honorabiliqȝ cōſortio amarum nimis diuortium patiat̄. Ceterum interim quidez donec reuocetur: velit nolit ſuſtineat illud neceſſe eſt. Expedit autem ſic tollerare: vt prorſus euadas: ꝛ flagellum deinceps nō appropinquet tabernaculo tuo. Jaz vero: vt ſupra meminim⁹: ꝛ inceſſanter conuenit meminiſſe. Uera anime vita deus eſt. ꝛ inter hec quoqȝ ſeparat malum anime quod non eſt aliud q̄ peccatuz. Eya fratres nugari libeat: occioſitatibus indulgere delectet. nimirum gemino hoc ſerpente vicino: qui duplicem nobis auferat vitam. alter corporis alter cordiſ: quid ni ſecure dormiamus: niſi ꝙ negligētia in grauiori periculo nō tam ſecuritatis eſt: q̄ deſperationis indicium. Et quidez optandū nobis ab vtroqȝ liberari: ſed cauēdum ſane interiz peccatū: q̄ pena peccati. ꝛ eo ſtudioſius a malo q̄ a flagello declinanduz: quo pernicioſius: ꝛ oīno infelicius eſt a deo animam q̄ a corpore ſeparari. Sane vbi prorſus de medio factum fuerit omne peccatum. cauſa quidē omnino ſublata: nec ipſe quoqȝ deinceps manebit effect⁹: vt quomodo iam accedere ad te malum omnino non poterit. ſic nec flagellum quidem valeat propinquare tabernaculo tuo: quod videlicet tam longe ſit ab exteriori homine quelibet pena: q̄ lōge fuerit culpa ab interiori. neqȝ enim ait. nō erit in te malum: aut flagelluz in tabernaculo tuo. ſed non accedet: non appropinquabit. Siquidem conſiderare eſt homines in quibus peccatum non modo habitat. ſed ꝛ regnat. nec iam proximum magis: aut intimum poſſe eſſe videtur: niſi forte cum ſic dominatur: vt nullo modo deinceps valeat non dominari. Eſt autem ꝛ alios inuen-

re.in quibus manet quidē adhuc peccatum:ſed iam non preualet: aut dominatur in eis:euulſuꝫ quodāmodo.nō tamen expulſum.deiectum.ſed non prorſus eiectuꝫ.Cōſtat ſane ab initio non fuiſſe ſic: ſꝫ in parentibus primis ante primaꝫ illam mandati preuaricationē nō modo non regnaſſe peccatum.ſed nec fuiſſe quidem. Attamē quodā modo iaꝫ tunc prope illis fuiſſe videtur: ꝙ tam feſtinanter intrauit. Quid vero aliud admonebat. q̄ꝫ ⁊ ipſam quoqꝫ peccati penam.etſi necdum ineſſe corporibus. iam tn̄ velut pro foribus eſſe.qui dixit. In quacūqꝫ die comederitis de ligno ſcientie boni.⁊ mali morte moriemini. Felix proinde expectatio. et beata ſpes noſtra.quorum tam lōge glorioſior futura eſt reſurrectio: q̄ꝫ fuerit prima conditio.ut nec culpa omnino.nec pena. nec malum ſcilicet nec flagellum. aut regnet. aut habitet.aut regnare.vel iā habitare aliquando poſſit in animabus.ſeu corporibus noſtris.nō accedet ad te malum.⁊ flagellūꝫ nō appropinquabit tabernaculo tuo. nempe nil tam remotum. q̄ꝫ quod adeſſe vltra non poteſt.Sed quid agimus fratres: Vereor deprehēdi.nempe horam hanc magnus ille.⁊ cōmunis abbas noſter. ⁊ veſter.non vacationi ſermonum.ſed operi manuum noſcitur aſignaſſe Puto tamen ignoſcet facile preſertim nō immemor religioſe fraudis illius.qua romanus olim. tribus annis ei in ſpecu poſito miniſtrauit. Hic ſiquidem.ut legimus. patris ſui oculis furabatur horas ⁊ quem ſibi ſurripere ad manducandum poterat. certis diebus benedicto panem ferebat. Et ego q̄dem non dubito fratres.pluribus qui inter vos ſunt habundantiorem ſpiritualium delitiarum ſuppetere copiam.ſed ꝙ vobis cōmunico non ſurripio mihi. Quinimo ⁊ ſecurus.⁊ ſuauis quicquid illud ſit ꝙ dominus donat ſummo vobiſcum.nec enim alimonia hec diſtribuendo minuitur. ſed augetur potius miniſtrando. Verumtamē ꝙ aliquotiens vobis loquimur preter conſuetudinem ordinis noſtri.non noſtra id agimus preſumptione.ſed de voluntate venerabilium fratrum.⁊ coabbatuꝫ noſtrorum.qui id nobis etiam iniugunt. ꝙ tamen ſibi quidem paſſim nolunt omnino licere. nempe aliam mihi rationem.⁊ ſingularem neceſſitatem eſſe nouerunt.nec eniꝫ modo loquerer vobis.ſi poſſem laborare vobiſcum. Illud vobis forte efficatius verbum fieret.ſed ⁊ conſcientie mee magis acceptum.Ceterum quando id mihi peccatis meis exigētibus.⁊ honeroſi huius vt ipſi ſcitis.tam multiplici infirmitate corporis.⁊ ipſa quoque temporis neceſſitate negatur vtinam dicens ⁊ non faciens in regno dei vel minimus merear inueniri.

Quoniam angelis ſuis mandauit de te vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.

Sermo decimus.

Scriptum eſt. et veraciẽ ſcriptum. quia miſericordia dñi eſt ꝙ conſumpti non ſumꝰ quia non tradidit nos in manibus inimicorũ noſtrorū. Vigilat ſuper nos indefeſſus: et puigil. ille ſingularis clementie oculus nõ dormit neq; dormitat. qui cuſtodit iſrael. Id quidem neceſſe eſt. Non enim dormit neq; dormitat. qui impugnat iſrael. Et ſicut ipſe ſollicitus noſtri. et ipſi cura eſt de nobis. ſic ille ſollicitus eſt vt mactet. et perdat. et vna ei cura ne forte qui aduerſus eſt reuertatur. Nos autem aut non attẽdimus. aut minus attendimus reuerentiam. preſidentis: ꝓtegentis cuſtodiam. beneficia largiẽtis ĩgrati gre: imo tam multiplicibus gratijs. quibus nos preuenit. et ſubuenit nobis. Et nunc quidem per ſeipſum implet ſplendoribus animas noſtras. nunc per angelos viſitat. nunc per homines inſtruit nũc etiã cõſolatur. et erudit per ſcripturas. Quecũq; enim ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. vt ꝑ conſolationem. et patientiam ſcripturarum ſpem habeamus. Bene ad doctrinam: que per patientiam noſcitur. Sed et patientia ꝓbationem operatur: ꝓbatio vero ſpem. Quid nos ſolis nobis non adſumꝰ. quid ſoli negligimus noſmetipſos: An ideo diſſimulandũ nobis. quia vndiq; ſubuenitur nobis. Imo vero ſtudioſius. propterea vigilandum. Neq; enim tam magna pro nobis in celo pariter. et ĩ terra ſollicitudo gereretur. ſi non magna nobis icũbere neceſſitas videretur. Non tam multiplex nobis cuſtodia. niſi ob multiplices ĩſidias poneretur. Felices proinde fratres noſtri. qui iam liberati ſunt de laqueo venantium qui de tabernaculis militantiũ ad atria quieſcentium tranſiere. malorum timore ſublato in ſpe ſingulariter conſtituti. Vni iſtorũ imo vni uerſitati dicitur. Non accedet ad te malum. et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Sane conſidera non ad hominem. qui ſecundum carnem viuit. ſed ad eum qui in carne degens ſcdm ſpiritum ambulat. hanc fieri promiſſionem. Siquidem nõ eſt diſtinguere inter illum. et tabernaculum ipſiꝰ. Confuſa in eo in omnia tanq̃ in filio babilonis. Deniq; eiuſmodi: hõ etiam caro eſt. nec in eo manet ſpiritus. Vbi autem non fuerit ſpũs bonus quando in eo deerit malum. porro vbi malum. flagellum quoq; appropinquet neceſſe eſt. Semper enim penitentia malum comittatur. Nõ accedet ad te malum. et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Magna promiſſio: ſed vnde id ſperare licet: Quomodo malum et flagellum euadam: Quomõ effugiam: Quomodo elongabo. vt nõ appropinquet mihi: Quo merito. qua ſapientia. qua virtute. Quoniam angelis ſuiſ mandauit de te: vt cuſtodiat te in omnibꝰ vijs tuiſ. In quibus omnibus vijs. Quibꝰ declinas a malo. quibus fugis a ventura ira. Multe ſunt vie: et genera multa viarum. magnum pro

fecto periculum viatori. ꝙ facile in multarum occurſu errabit in via ſua: qui viarum diſcretione caruerit. nam neqꝫ angelis mandatum: vt in omnibus vijs cuſtodiát nos. ſed in omnibus vijs noſtris. Sunt autem a quibus: nõ in quib[9] oporteat cuſtodiri. Scrutemur proinde vias noſtras fratres: ⁊ vias demonum: vias quoqꝫ beatoꝝ ſpirituūꝫ ⁊ vias domini inueſtigemus: Et quidem ſupra me eſt ꝙ incipio. ſed iuuabitis me orationibus veſtris: vt aperiat mihi theſaurũ intelligẽtie ſue: ⁊ voluntaria oris mei beneplacita faciat ſibi deus. Vie igitͬ filioꝝ adam: in neceſſitate: ⁊ cupiditate verſantur. Ab vtraqꝫ ſiquideꝫ ducimur. Ab vtraqꝫ trahimur. niſi ꝙ videmur magis vrgeri neceſſitate trahi cupiditate. Et neceſſitas quidem ſpecialiter corpori tribuenda videtur. Nec ſimplex illa eſt. ſꝫ anfractus hñs plurimos: plurimaqꝫ diſpendia. nam compendia pauca admodũ. ſi qua tamẽ. Quis hoĩuꝫ neſciat. ꝙ neceſſitas hoĩuꝫ re vera ꝙ multiplex ſit. quis ſufficiat ꝙ ſit multiplex explicare? Ipſa nos erudit experientia ipſa vexatio dat intellectum. In hijs quiſqꝫ docetur. ꝙ neceſſe habeat clamare ad dñꝫ nõ de neceſſitate: ſed de neceſſitatibus meis erue me. Nec modo ab hac via neceſſitatꝫ. ſed ab ea quoqꝫ que cupiditatis eſt. optabit educi. quiſquis nõ ſurda aure monita ſapientis exceperit. Qd. n. ille ait? A voluptatibus tuis auertere. ⁊ iteꝫ: poſt concupiſcentias tuas nõ eas. Siquidem e duobus malis longẽ melius ĩ neceſſitate gradi. ꝙ in cupiditate. Multiplex illa. Sed iſta amplius per oẽm modũ imo vltra omnẽ modũ multiplicior inuenitͬ. Res cordis eſt iſta cupiditas propterea tanto maior. quãto anima plus eſt ꝙ corpus. Deniqꝫ hec ſũt vie: que videntur hoĩbus bone. ſꝫ finem nõ habent niſi cũ demergũt in profundum inferni. Si inueniſti vias hoĩuꝫ: illud quoqꝫ conſidera ne forte de hijs dictũ ſit: contritio: ⁊ infelicitas in vijs eorum. In neceſſitate contritio. infelicitas in cupiditate. Quid enim ſi cui forte videtur in terrenarum affluentia rerum concupita felicitas arridere. Eo ipſo infelicior eſt: quo vehementius ipſaꝫ pro felicitate amplectitur infelicitatem. aut magis immergitͬ ei. ⁊ abſorbetͬ ab ea. Ve filijs hominum ab hac felicitate falſa: atqꝫ fallaci. ve qui dicit. quia diues ſum. ⁊ nullius egeo. cũ ſit pauper. ⁊ nudus: ⁊ miſer. ⁊ miſerabilis. Et neceſſitas quidem ex infirmitate carnis. cupiditas ex cordis ĩedia ⁊ obliuione ꝓcedit. Idcirco aliud mendicat anima. ꝙ oblita ſit comedere panem ſuuꝫ. propterea terrenis inhiat quod minime celeſtia meditetur. Videamus ⁊ demonũ vias. Videamus: ⁊ caueamus. Videamus: ⁊ fugiamus eas. Siquidẽ vie illoruꝫ preſumptio. et oſtinatio. Scire vultis vnde id ſciam. Conſiderate eorum principem. qualis ille eſt: tales et domeſtici eius. Conſiderate viarum ipſius principia: ſi

non manifeſte in imaniſſimā p̄ſūptionem ſtatim proſilierit dicens. Sedebo in monte teſti: in laterib⁹ aquilonis ſimilis ero altiſſimo. Q̄ꝫ temeraria. q̄ꝫqꝫ horrenda preſumptio. Nunquid nō illic ceciderunt omnes: qui operant̄ iniquitatē expulſi ſunt nec potuerūt ſtare. Propter preſumptionē ſtare nō potuerunt: propter obſtinationē: qui cecidit nō adiiciet: vt reſurgat. Et hoc nempe ſpēs vadens ex illa: ⁊ non rediens eſt. Et mira quidē preſumptio demonū: ſed non minus mira obſtinatio eſt. ꝙ ſuperbia eoꝝ ſemper aſcendit ꝓpterea nō eſt in illis eſt cōmutatio. Quia enim cōuerti noluerunt a via preſumptionis: inciderunt in viam obſtinationis. Quā peruerſo: ⁊ euerſo ſunt corde filij hoīum: quicunqꝫ ſectantur veſtigia demonū ingrediuntur demonū vias. Hec enim tota aduerſuꝫ nos ſpiritualiū colluctatio nequitiarum eſt: vt nos ſeducant: vt īducant in vias ſuas: vt deducant in eis. perducant ad deſtinatū finem qui paratus eſt eis. Fuge homo p̄ſumptionem: ne gaudeat de te inimicus tuus. Nempe in hijs maxime vitijs gaudet: in ſeipſo exptus: q̄ꝫ difficile poſſis ab hac tanta voragine reſpirare. nolo āt vos ignorare fratres. quonam modo deſcēdatur. imo cadat̄ in illas. Primus enim vt interim occurrit grad⁹ deſcenſionis huius diſſimulatio eſt ꝓprie infirmitatis. iniquitatis. inutilitatis. dum ſibi parcens: ſibi blandiens. ſibi perſuadens hō aliquid ſe eſſe: cum nihil ſit: iam ſeipſe ſeducit. Secundus gradus ignorantia ſui. Ubi enim in primo gradu inutilia ſibi texuerit perizomata folioꝝ: quid ſupereſt: niſi vt vulnera tectā nō videat. preſertim qui ad hoc ſolum texuerit ne videret: Ex hoc tādem fit: vt etiā alio reuelante: vulnera nō eſſe contēnat. ꝯuerſus in verba malitie ad excuſandas excuſatiōes in pcīs. Atqꝫ is q̄dē terti⁹ gradus eſt admodū iam vicinus: imo contiguus p̄ſumptioni. Quid enim mali actitare iam vereat̄: q preſumit ⁊ defenſare: Ceterū difficile hic herebit in tenebris: ⁊ in lubrico: preſertim cū nō deſit etiā angelus domini malus perſequēs et impellens. Itaqꝫ quartus gradus vel quarū potius precipitiū contēptus eſt: vt quēadmodū ſcriptura dicit. Impius: cū venerit in ꝓfundum maloꝝ: contēnet. Ex hoc ⁊ d̄ inceps magis: ac magis ſuper eum vrget puteus os ſuū: dum videlicꝫ eiuſmodi animā contemptus tradit impnīe īpenitētia obſtinatione firmat̄. hoc iam peccatū: qd̄ neque in h̄ ſeculo remittet̄: neqꝫ in futuro quia coꝛ eoꝝ eſt induratū. nec deū timet. nec hoīem reueret̄. Qui ſic ī omnibus vijs ſuis adheret dyabolo: manifeſte factus eſt ſpiritu⁹ vn⁹ cum eo. Et vie quidem hominum quas ſuperius demonſtrauimus. ipſe ſunt de quibus dicitur. Temptatio vos ñ apphēdat niſi humana: ⁊ quia humanum eſt peccare. Porro dyabolicas a natura hoīs alienas eſſe quis neſciat: Niſi ꝙ ī nōnullis ipſa ſibi cōſuetudo naturam induiſſe videtur: Ceterum etſi

quorũdam hominum ſit.nõ huma nũ tamen.ſed diabolicũ eſt in malum pſeuerare. Que vero ſunt ſanctoꝝ angeloꝝ vie. Profecto ille qͥ vnigenitus enarrauit dicens. Videbitis angelos aſcendentes:ꝛ deſcendentes ſuper filiũ hois. Aſcenſio igitur:ꝛ deſcẽſio vie illoꝝ. Aſcẽſio vero ꝑpter ſe.deſcenſio vel potius ꝯdeſcẽſio ꝑpter nos. Sic beati illi ſpiritus aſcendũt per ꝯtẽplationem dei:deſcendũt per compaſſionem vt cuſtodiant te in omnib⁹ vijs tuis. Aſcendunt ad vultũ ei⁹: deſcendunt ad nutuꝫ eius:quoniã angelis ſuis mãdauit de te.nec tamen vel deſcendendo glorie viſiõe fraudantur.qꝛ ſemper vident faciẽ patris. Puto ꝛ domini vias vultiſ audire. Multũ preſumere videor ſi me illas ꝑmiſero oſtenſurũ. Legi aũt de ipſo:qm̃ docebit nos vias ſuas:cui.n.alteri crederet. docuit enim vias ſuas:cũ apuit labia prophete:vt diceret. Vniuerſe vie domini miſericordia ꝛ ꝟitas. Ita ad ſingulos.ita ad omnes cõmuniter venit:in miſericordia ſcilicet:ꝛ veritate. Vbi enim multa iam fuerit de miſeratione preſumptio:ſed obliuio veritatis:non ꝯtinuo ibi de⁹. ſed neqꝫ vbi terror multus ex recordatione veritatis nulla autem de memoria miſericordie ꝯſolatio. nam neqꝫ veritatem tenet.q miſericordiam vbi vere eſt non agnoſcit.nec vera eſſe ſine veritate miſericordia põt. Itaqꝫ vbi ꝛ veritas: ꝛ miſericordia obuiauerunt ſibi ſe ſe etiam iuſtitia.ꝛ pax oſculantur.

nec ab eẽ is poteſt.cui⁹ i pace factꝰ eſt locus. Quãta audiuimus ꝛ cognouimus.nobis.ſiquidem patres noſtri annunciauerũt.ſup hac copula tam felici miſericordie.ꝛ veritatꝭ Mira tua ꝛ veritas tua ſuſceperũt me ait ꝓpheta. Et alio loco. Mira inqͭt tua ante oculos meoſ eſt.ꝛ cõplacui in veritate tua. Sed ꝛ dñs ipſe de eo. Veritas mea.ꝛ miſericordia mea cũ illo. Sed conſidera etiam manifeſtos aduentus domini.queadmodũ in eo quidem iam preſumptus eſt miſericordẽ ſaluatoreꝫ.porro in eo qui i fine promiſſus eſt veracem ſuſtineat retributorem.nam ꝛ hinc forte videbitur dictum. Quia miſericordiã. ꝛ veritatem diligit deus.gratiã ꝛ gloriam dabit domin⁹. Quãuis ꝛ in priore quoqꝫ aduentu recordatus ſit miſericordie ſue.ꝛ veritatꝭ ſue domui iſrael. ꝛ in poſteriori licet iudicaturus ſit orbem terre in equitate. ꝛ populos in veritate ſua non tamẽ futuꝝ ſit iudiciũ ſine miſericordia. niſi forte ei.q nõ fecerit mĩaꝫ. Hec ſũt eternitatꝭ itinera de qb⁹ habes apud ꝓphaꝫ. Incuruati ſũt colles mũdi ab itineribus eternitatꝭ eius. Ad manũ ẽ. Vnde id facile ꝓbare poſſiꝫ. Siqdẽ mĩa dñi ab eterno.et vſqꝫ i eternũ. Et ꝟitaſ dñi manet ĩ eternum. Ab his itineribus incuruati ſunt colles mundi. ſuperbi demones princeps mundi huius.tenebrarum harũ.qui viam veritatis ꝛ miſericordie neſcierunt. neqꝫ meminerũt ſemitarum eius. Quid illi: et veritati: qui mendax eſt:

⁊ pater eius. Deniq₃ habes manifeſte de eo ſcriptu₃. q̄m in veritate nō ſtetit. q̄ vero longe fuerit etia₃ a miſericordia īflicta nobis ab illo miſeria noſtra teſtatur. quādo ille nūq̄ miſericors fuit: qui homicida erat ab initio? Poſtremo qui ſibi neq̄ cui bonus? q̄ nequiſſim⁹ ille ſibi. qui nunq̄ ſuper ꝓpria iniquitate dolet: nunq̄ ſuper propria dā natione compungit. nimirū falſa p̄ſumptio a via veritatis extruſit. ⁊ crudelis obſtinatio viam miſericordie intercluſit. inde eni₃ nec in ſe vnq̄ aſſequi: nec a domino ꝯſequi miſericordiā pōt. In hunc igit̄ modū tumidi illi colles incuruati ſūt ab itineribus eternitatis: dū a vijs domini que qdem recte ſunt p anfractus ſuos: ⁊ diſtorta non ta₃ itinera: q̄ precipitia corruerūt. Quā vero prudentius: atq₃ vtilius, alij quidē colles ab hijs itineribus incurnati ſunt: ⁊ humiliati ſunt ad ſalutē. Non n. incuruati ab hijs tāq̄ ab eoꝝ rectitudine diſſidētes. ſed ꝙ ipſa eos incuruauerunt itinera eternitatis. An nō incuruatos ia₃ cernere eſt colles mundi. dum ſublimes: ac potētes deuota ſubiectione inclinant̄ ad dn̄₃. ⁊ veſtigia ei⁹ adorant. Nunqd non incuruātur: cū ab ipſa ſua pniacioſa celſitudine vanitatis: ⁊ crudelitatis ad humiles ſemitas ꝯuertunt̄ miſericordie ⁊ veritatis? Ad iſtā nimiꝝ domini viam. nō modo bonoꝝ ſpirituū. ſ₃ electorum, vie hoīum diriguntur. Et primus qde₃ gradus miſero homini emergenti de profundo vitiorum illa eſt miſericordia: qua miſeretur filio matris ſue miſeretur aīe ſue proinde placēs deo. Imitatur enim qui eiuſmodi eſt magnum illud magne miſerationis opus cōpunctus cū eo qui prior pro eo pūct⁹ eſt: pro eo moriens ⁊ ipſe quodā modo ꝓ ſalute ſua. nec carcens iā ſibiīpi. Hec miſeratio p̄ma excipit redeuntem ad cor: ⁊ hec intra ipſa viſcerū actitatur archana. Conuerſus ad cor puulus fiat in oculis ſuis neceſſe eſt ſicut veritas ait. Niſi conuerſi fueritis: ⁊ efficiamini ſicut puuli non intrabitis in regnū celorum. non ergo velit diſſimulare qđ nō valet neſcire quēadmodū ad nihilum ſit redactus. nō confundatur in lucē prodere veritatis qđ nō ſine miſerationis affectu viderit in oculto. Sic ingreditur hō vias miſericordie: ⁊ veritatis: vias vtique domini: vias vite ⁊ fructus viaru₃ ſalus eſt viatoris. Uias quoq₃ angeloꝝ ad eaſdem nihilominus tendere manifeſtū eſt. Cum. n. aſcēdūt ad contemplationē inquirunt veritatē: de qua ⁊ cōſiderādo ſatiantur: ⁊ ſatiando deſiderāt. Cū vero deſcendūt. faciūt nobiſcū miſericordiam ⁊ cuſtodiunt nos in omnib⁹ vijs noſtris. āminiſtratorij eni₃ ſpiritus ſunt: miſſi in miniſterium propter nos. Plane miniſtri noſtri: nō domini noſtri. Et in hoc vnigeniti formā imitant̄. qui non venit miniſtrari: ſed miniſtrare. qui ſtetit iter diſcipulos tāq̄ qui miniſtrat. Fructus angelicarū viaꝝ: ꝙ ad ipſos ſpectat ſua ipſoꝝ beatitudo. ⁊ obe

dientia charitatis. Qđ aũt ad noſ pertinet. inde quidem obtentus di uine gratie. Hinc ꝓ cuſtodia vie noſtre. Siquidẽ angelis ſuis man dauit de te. ut cuſtodiant te in om nibus vijs tuis: in oĩbus indigen tijs tuis. in oĩbus deſiderijs tuis. Alioquin facile tibi incurrere ẽ in vias mortis: vt videlicet aut de ne ceſſitate in obſtinationem: aut in p̄ ſumptionem de cupiditate ꝓrum pas. que quidẽ nõ iam hoĩum: ſed demonũ vie. In quo enim tam fa cile inueniri ſolent hoĩes obſtinati q̃̄ in eo ꝙ ad neceſſitatẽ pertinere aut ſimulant. aut arbitranť. Quic quid moneas ait ille. ego qđ poſſũ poſſuꝫ: ⁊ nõ vltra poſſuꝫ. Tu ſi hoc ſcis. aliter ſentires. Unde ꝓ in p̄ ſumptionem: niſi ex quodã impetu vehementioris deſiderij ꝓſilimus. Interim ḡ mandauit angelis ſuis deus: non quidem vt amoueant te a uijs tuis. ſed vt in eis ipſis cuſto diant: ⁊ quaſi per vias ſuas. tuas dirigant in vias ipſius. Quonam modo inquis: nẽpe vt ꝙ angelus ex ſola charitate purius agit tu ſal tem propria neceſſitate ãmonitus ꝯdeſcendas exhibere ſcilicet proxi mo miſericordiã ⁊ rurſum cũ eodẽ angelo leuans deſideria tua tota anime cupiditate aſcendere ſtude as ad ſũmã: ⁊ perpetuã virtutem. Hinc enim monemur leuare cor da cum manibus. Hinc audimus quotidie ſurſum corda. hinc quoqꝫ negligentes arguimur: ⁊ diciť nob Filij hoĩum vſqꝫquo graui corde: vt quid diligitis vanitatẽ: ⁊ queri tis mendatiũ. Exoneratũ enim cor ⁊ leue leuatur magis. vt querat: et diligat veritatẽ. nec mireris: ꝙ in vias domini ſecum nos admittere imo ⁊ immittere nõ dedigneń: qui cuſtodire dignãtur ĩ noſtris. Quã felicius tamẽ in eis ipſi ambulant q̃̄ſqꝫ ſecurius. Ceterũ ⁊ ipſi quoqꝫ longe inferius ab eo q̄ veritas ipſa ⁊ ipſa miſericordia eſt: in miſericor dia ⁊ veritate verſanť. Quã vero congrue ſuis quoqꝫ gradibꝰ: ſibiqꝫ cõpetẽtibus diſpoſuit deus. Sum ma rerũ tenet ipſe: qui ſũmus ẽ vl tra quẽ nihil: ſupra quẽ nihil. Por ro angelos ſuos non quidẽ in ſum mo poſuit. ſed in tuto. Quippe ei: q̄ in ſummo ſtat: vicinius adherẽtes ac perinde ꝯfirmatos in virtute ex alto. nã homines quidẽ. nec in ſũ mo. nec in tuto ſunt. ſed in cauto. Deniqꝫ ⁊ in ſolo ſunt ideſt in terra habentes locum imũ. ſed nõ etiaꝫ infimum. Unde ⁊ poſſibile fit. ⁊ ne ceſſe. ut caueãt ſibi. Demones aũt in pediculo huius aeris. vani ven toſiqꝫ vagantur indigni ſiquidem celos conſcendere: ad terrã tñ de ſcendere dedignãtur. Et hodie qui dem iſta ſufficiãt. Atqꝫ vtinã eiuſ dem ipſius munere ſufficientes et gratias reddere valeamus. ex quo eſt ſufficientia noſtra. nõ enim ſuf ficientes ſumus vel cogitare aliq̄d a nobis. quaſi ex nobis. niſi ipſe de derit nobis: qui dat omnibus afflu enter. ⁊ eſt ſuper omnia deus bene dictus. Amen

In manibꝰ portabũt te ne forte offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ.

Sermo vndecimus.

SI meminiſtis heſterno ſermone vias demonum preſumptionez diximus: ⁊ obſtinationem. nec tacuimus quare id diceremus. Poſſumus tñ ſi neceſſarium iudicatis. vias eorũ. via adhuc alia inueſtigare. nã etſi oĩmodis eas occultare laborẽt. multipliciter eos prodit ſpũs ſanctus. multipliciter in ſcripturis ſanctis declarat ſemitas iniquorum. Legimus ſiquidem de eis oĩbus: qm̃ in circuitu ipĩj ambulant. Legimus de eoruz principe. circuit querens quẽ deuoret. Qð ⁊ ipſe fateri cogitur in preſentia maieſtatis: cũ ĩter filios dei aſtans: ⁊ vnde veniat regſitus: circuiui ait terrã ⁊ perambulaui eam. Dicamus. itaqȝ vias eius: circuitionẽ: ⁊ circũuentionez. Iſta enim ad nos illa vtitur in ſeipſo. Semper ille extollitur. ſed deicitur. Semper ſuperbia eius aſcẽdit. ſemp humiliatur. nunquid nõ circuitus iſte? Qui eniȝ in circuitu ambulat: proficiſcitur quidẽ: ſed ꝑficit nihil. Ve homini: qui ſequit̃ hunc circuitum: qui nunq̃ȝ a propria voluntate recedit. ſi conaris auellere paululum ſequi videbit̃ ſed in dolo. Circuitus eius aliũde reditũ parat. non ab ea penit[9] abducet̃. Satagit: vndiqȝ fugitat. heret tñ ſemp ꝓprie volũtati. Verũ tñ ſi mala eſt circuitio ꝓpria: lõge equidem peior circuitio aliena. Ea ſiquidẽ vel maxime diabolũ facit: ſȝ quõ frẽs: vt miſerũ hoĩem circũueniat ſuperbiſſimus ille deſcẽdit. Vide circuitũ ipĩj etiá in hoc ipo: Oculi eius oẽ ſublime vident. At tamẽ ima quoqȝ ipſa curioſe veſtigat. Sȝ vt magis aſcendat vt vehementius intumeſcat: ⁊ dũ cõculcauerit humilez ſibi videat̃ ipſe ſublimior: ſicut ſcriptuȝ eſt. Dũ ſuperbit ĩpius. incendit̃ paup. Quã per uerſe aſcẽdentes: ⁊ deſcẽdẽtes angelos bonos malus angelus emulat̃. Aſcendit ſtudio vanitatis. deſcẽdit liuore malignitatis. Cui mẽdax aſcenſio. crudelis deſcenſio ẽ. expers ille vt heri diximus miſericordie. ⁊ veritatis. Ceterũ ſi deſcẽdunt maligni: vt circũueniant: gratias ei: cuius mandato deſcendũt ⁊ benigni angeli: vt ſubueniãt nobis: vt cuſtodiant nos in omnibus vĩjs noſtris. Neqȝ hoc ſoluȝ in manibus inquit portabunt te: ut non offendas ad lapidem pedem tuũ. Quanta nobis fratres in hui[9] ſcripture verbis eruditio: ⁊ admonitõ ⁊ conſolatio exhibetur. Quis ĩ omnibus pſalmis tam magnifice puſillanimes conſolatur: negligentes admonet: erudit ignorantes? Unde id quoqȝ fidelibus ſuis ꝓuidẽtia voluit diuina preſtare: vt in ore ipſoꝝ verſiculi pſalmi huius. hoc maxime quadrageſimali tempore verſarentur. nec aliunde q̃ȝ ex ipſi[9] vſurpatione diaboli ſumpta videtur occaſio: vt in hoc quoqȝ nequiſſimus ille ſeruus filĩjs ſeruiat vel inuitus. Quid enim tam moleſtuȝ: ⁊ quid nobis eſſe poterat tá iocundum: q̃ȝ vt etiam malũ eius nobis cooperetur in bonuȝ. Angelis ſuis

mandauit de te: ut cuſtodiant in omnibus vijs tuis. Confiteantur domino miſericordie eius. ⁊ mirabilia eius filijs hominum. Confiteantur: ⁊ dicant inter gentes. quoniam magnificauit dominus facere cum eis. Domine quid ē homo: q: innotuiſti ei. aut quid apponis erga eum cor tuum: Apponis cor erga eum: generis ꝓ eo ſolicitudinem: curam illius habes. Deniqȝ ei mittis vnigenitū tuū: imittis ſpiritum tuū. promittis etiam vultuȝ tuum. Et nequid in celeſtibus vacet. ab opera ſolicitudinis noſtre. beatos illos ſpiritus propter nos mittis in miniſterium: cuſtodie noſtre deputas. noſtros iubes fieri pedagogos. Parū eſt enī ꝙ facis angelos tuos ſpiritus: facis ⁊ angelos paruulorum. Deniqȝ angeli eorū ſemper vident faciem patris. Illos vtiqȝ ſpirit⁹ tam felices: ⁊ tuos ad nos. ⁊ noſtros ad te angelos facis Angelis ſuis mandauit de te. Mira dignatio: ⁊ vere digna dilectio charitatis. Quis enim quibus. de quo: quid mādauit. Studioſe conſideremus fratres diligenter mandemus memorie. h tam grāde mādatum. Quis enim mandauit: Cuius ſunt angeli: cuius mādatis obtēpant: cuius obediunt voluntati. nēpe angelis ſuis mandauit de te: vt cuſtodiant te nec cūctant. quin etiā in manib⁹ tollāt te. Sūma ergo maieſtas mādauit. ⁊ angelis ſuis mādauit. Illis vtiqȝ ſublimibus tā beatis. tā ꝓxime ſibi coherētib⁹ tā familiarit adherentibus. ⁊ vere domeſticis dei. mādauit autem de te. Tu quis es. Dñe quid ē homo ꝙ memor es eius. aut filius hominum quia reputas eum: Quaſi vero nō ſit homo putredo. ⁊ filius hominis vermis. Sed quid putas mādauit de te nūquit ſcripſit. cōtra te amaritudines: nunqd vt cōtra folium qd a vento rapitur oſtēdit potētiam ſuam. ⁊ ſiccam ſtipulam perſequatur. nunquid vt tollant īpiū. ne videat gloriam dei. Mandandum iſtud eſt: non mandatum. nō recedas ab adiutorio altiſſimi in ꝓtectione dei celi cōmorare. ne de te illud quoqȝ mandetur. Quem enī ꝑterierit deus celi. non de eo illud mandabitur. ſed pro eo. Et ꝙ interim non mandatur. pro eo differt. vt ſint omnia propter electos. Deniqȝ parantibus ire ſeruis. ⁊ continuo ſuperſeminata colligere zizania. prouidus pater familias. ſinite inquit vſqȝ ad meſſem. ne forte eradicetis ſimul et triticum. Quomodo ergo tamdiu ꝯſeruabitur in terra. Hoc plane: hoc opus preſens. hoc mandatuȝ temporis huius. Itaqȝ angelis ſuis mandauit de te. vt cuſtodiant te: o triticuȝ inter zizania: o granum inter paleas. o lilium inter ſpinas. Gratias ei fratres. gratias ei. Precioſum nobis depoſitum commiſerat fructuȝ crucis ſue: precium ſanguinis ſui. non eſt contentus cuſtodia hac. tam parum tuta. tam parum vtili. tam fragili. tam inſufficienti. Super muros tuos hieruſalem conſtitui cuſtodes. nempe etiam ipſi qui viden

⁊ nolo mortē pctōris: ſed vt magis
conuertat̄ ⁊ viuat: ⁊ beati miſeri-
cordes qm̄ ipſi miſericordiā conſe
quētur: Utqd vero deus cibos
creauit: ſi non liceat manducare:
Utqd nobis corpora dedit: ſi non
liceat ſuſtētare: Deniqȝ q ſibi ne-
q̄: cui bonus: Quis vnq̄ ſane ſa-
piens carnē ſuā odio habuit: Ta
libꝰ tandē allegationibꝰ male cre
dulus puer circūuentus ſeducit̄:
ſeductorē ſequit̄. Cluniacū ducit̄.
tōdet̄. raditur. lauat̄. exuitur ruſti
canis. vetuſtis. ſordidis. induit̄ pre
cioſis. nouis ac nitidis. ⁊ ita in cō-
uentu ſuſcipit̄. Sȝ cū quali putas
honore: cū quo triūpho: cū quan
ta reuerētia: defertur ei ſup coeta-
neos ſuos: ⁊ tanq̄ victor rediēs a
pugna: ſic laudat̄ peccator in deſi
derijs anime ſue. Suſtollit̄ in altū
ſtatu non mediocri collocat̄: ita vt
multis ſeniouibꝰ prelatus ſit ado-
leſcēs. fouet. blandit̄. cōgratulatur
ei vniuerſa fraternitas: exultāt om
nes tanq̄ victores capta p̄da: qn̄
diuidunt̄ ſpolia. O ieſu bone: quā
multa facta ſunt ꝑ vnius animule
ꝑditione. Cuius ad hec quantūli-
bet robuſtū pectus non emolleſce-
ret: cuius interior quantūuis ſpiri
talis oculus nō turbaret̄: cui inter
talia ad ſuā liceat recurrere ꝯſciē-
tiam: Quis deniqȝ in tanta pōpa:
vel veritatē valeat agnoſcere vel
obtinere humilitatē: Mittitur in-
terea pro eo Romā: apoſtolica cō-
pellitur auctoritas. ⁊ vt papa non
neget aſenſum. ſuggerit̄ ei infantē
olim a parētibus oblatū fuiſſe mo
naſterio. Non fuit q refelleret. nec
enim cōtradictor eſt expectatꝰ iu-
dicatū eſt de parte. abiudicatū ab
ſentibus: iuſtificati ſunt. q iniuriaȝ
fecerūt. exciderūt a cauſa. qui paſſi
ſunt abſqȝ ſatiſfactione abſoluitur
reus. firmat̄ priuilegio crudeli: ni-
mium clemēs ſentētia abſolutiōis
quo reportato ſua firmaretur flu-
ctuanti male ſuaſi ſtabilitas. ſecu-
ritas dubitāti. Et hic tenor littera
rum. hec iudicij ſumma. hec totius
cauſe diffinitio vt teneāt qui tule-
runt: ſileant q amiſerūt. Inter hec
antē pereat aīa pro qua xp̄s mor-
tuus eſt. ⁊ hoc qꝛ Cluniacēſes vo-
lunt. Fit ꝓfeſſio ſup profeſſionem.
qd vouet̄. nō ſoluet̄. ꝓponit̄ ei qd
nō tenebit̄. ⁊ cū primū pactū irri-
tum factū ſit: in ſcd̄o geminat̄ p̄ua
ricatio. ⁊ fit ſupra modum peccās
pctm̄. Ueniet. veniet q male iudi-
cata reiudicabit. illicite iurata cō-
futabit. q faciet iudiciū iniuriā pa
tientibus. qui iudicabit in iuſticia
pauperes. ⁊ arguet ī eqtate ꝓ mā-
ſuetis terre. Ueniet pro certo: q ꝑ
ꝓphetā minat̄ in pſalmo. Quādo
accepero tēpus: ego iuſticias iudi-
cabo. qd faciet de iniuſtis iudicijs
q ipſas quoqȝ iuſticias iudicabit:
Ueniet inquā. veniet dies iudicij.
vbi plus pura corda valebunt. &

P

aſtuta verba: ⁊ ↄſcia bona: ꝙ mar ſupia plena: qñquidem iudex ille nec falletur verbis: nec flectetur donis. Tuũ dñe ieſu tribunal appello: tibi cõmitto cauſam meam. Dñe deus ſabaoth: qui iudicas iuſte: ⁊ probas renes: ⁊ corda: cuius oculi ſicut fallere nolunt: ita falli nõ poſſunt: tu vides: ꝗ tua: vides: qui querunt ⁊ ſua. Tu noſti qbus ei viſceribus in cũctis tentationibus ſuis ſemp affuerim quantis ꝓ eo gemitibus aures tue pietatis pulſauerim: qualiter ad queqꝫ illius ſcandala. ꝑturbationes: moleſtias ego vrebar. torquebar. affligebar. ⁊ nũc timeo ne fruſtra. Puto eniꝫ quantũ exptus ſum adoleſcẽtis per ſe ſatis feruẽtis: ⁊ inſolentis: nec corpori talia expedire fomenta: nec illa glorie tentamenta: itaqꝫ arbiter meus dñe ieſu de vultu tuo iudicium meũ prodeat: oculi tui videant equitates. Uideant: ⁊ iudicẽt. quid potius ſtare debuerit. an votũ patris de filio: an filij de ſeipſo preſertim cum filius maius aliquid deuouerit. Uideat ⁊ famulus tuus legiſlator nõ Bñdictus: qd regularius fuerit: vtrũ: qd factũ eſt de infantulo neſciẽte ipſo: an ipſe per ſe poſtmodũ ſciẽs ⁊ prudẽs fecit. cũ iã haberet: vt ꝺ ſeipſo loqueretur: Quãꝙ dubiuꝫ nõ ſit: illum promiſſuꝫ fuiſſe: nõ donatũ. Hec. n. petitio: quã regula ꝑcipit: ꝓ eo facta fuit a parẽtibus: nec manus illius cũ ipſa petitiõe ĩuoluta in palla altaris: vt ſic offeretur corã teſtibus. Oſtendiť deinde terra: que cũ illo: ⁊ ꝓ illo dr̃ data fuiſſe ſed ſi cũ terra eũ receperunt cur non ⁊ cum terra retinuerunt: an forte requirebant magis datũ: ꝙ fructum: ⁊ pluris eſtimata ẽ terra: ꝙ anima: Alioquin oblat⁹ monaſterio: quid querebat in ſeculo: Nutriendus deo cur expoſit⁹ erat diabolo. Ouis xp̃i cur patere inuẽta eſt morſibus lupi. de ſeculo qppe non de cluniaco te teſte Roberte veniſti ciſterciũ. Queſiſti: petiſti pulſaſti: ſed tui adhuc teneritudine: licet iuit⁹ dilatus es per biennium. Quo tẽpore patienter expleto: ⁊ abſqꝫ calũnia tuis demũ ꝑcibus: multiſqꝫ: ſi meminiſti: lachrimis diu expectatã impetraſti miſericordiã: ⁊ quẽ ſatis deſideraueras: ĩgreſſuꝫ obtinuiſti. Poſt hec ꝑ annũ iuxta regulã ĩ oĩ patiẽtia ꝓbat⁹ pſeuerãter: ⁊ ſine querela ↄuerſatus poſt annũ ſpõte ꝓfeſſus: tũc primũ ſeculari veſte reiecta religionis habitũ ſuſcepiſti. O inſenſate puer: qs te faſcinauit ñ ſoluere vota tua: q̃ diſtinxerũt labia tua. An nõ vel ex ore tuo iuſtificaberis: vel ex ore tuo condemnaberis. Quid de parẽtis voto ſollicitus es negligens tui: cũ ex ore tuo: nõ illius habeas ↄdemnari. tuoꝝ: nõ illius vota labioꝝ exigendus ſis: ⁊ qd tibi fruſtra quiſpiã blandiť de abſolutione apoſtolica. cuius cõſciam diuina ligatã tenet ſnĩa. Nemo ingt mittẽs manũ ſuã ad aratrũ: ⁊ reſpiciens retro aptus eſt regno dĩ. Nunqd ⁊ hoc pſuadebunt. nõ eẽ retro aſpicere: qui dicunt tibi euge

euge: filiole ſi te lactauerint pecca
tores.ne acqeſcas eis:noli credere
omni ſpiritui. Sint tibi multi neceſ
ſarij:vnus aũt ſit tibi ꝯſiliarius de
mille. Tolle occaſiões: reſpue blá
dimẽta:adulatiõibus claude au
res:tu te interoga de te:quia tu te
meli⁹ noſti. ꝙ ali⁹.attẽde cor tuũ
diſcute intẽtõeꝫ ꝯſule ꝑitatẽ tua ti
bi ꝯſcĩa rñdeat:cur abieris: cur or
dinẽ tuũ:cur frẽs:cur locũ:cur me:
q ⁊ tibi carne ꝓpinqu⁹ ⁊ propin
quor ſpũ ſũ:deſerueris. Si vt arcti⁹
vt rectius.vt pfecti⁹ viueres.ſecu
rus eſto:q: nõ retro aſpexiſti.ſed ⁊
gloriare cũ apoſtolo dicẽs. Que re
tro oblit⁹.⁊ ad ea:q̃ ante ſũt exten
t⁹ ſequor ad palmã glorie. Si aliaſ
noli altũ ſape:ſꝫ time:qm̃:vt cũ ve
nia tui dixeri:qcqd ãpli⁹ indulges
tibi iuictu:veſtituq3 ſupfluo:ĩ ver
bis ocioſis:ĩ vagatione licẽtioſa:⁊
curioſa. ꝙ.vꝫ.ꝓmiſiſti:ꝙ apd nos
tenuiſti.hoc pculdubio retro reſpi
cere ẽ.ꝑuaricari ẽ apoſtatare eſt:⁊
hec dico fili:nõ vt te cõfundá:ſꝫ vt
tanꝙ filiũ cariſſimũ moneã:q: etſi
multos hẽas in xp̃o pedagogos:ſꝫ
non multos patres. Nam:ſi digna
ris:⁊ verbo:⁊ exemplo meo in reli
gione ego te genui:nutrivi deinde
lacte: qđ ſolum adhuc paruul⁹
capere poteras daturus ⁊ panẽ:ſi
expectares.vt grandeſceres:ſꝫ heu
ꝙ ꝓpere.⁊ intẽpeſtiue ablactatus
es:⁊ vereor ne totum:qđ foueram
blãdimentis:roborauerã exhorta
tionibus.orationibus ſolidauerã:
tã iãq3 euaneſcat.deficiat.⁊ pereat.
⁊ lugeã miſer nõ tam caſſi laboris

damnum. ꝙ dãnate ſobolis miſe
rabileꝫ caſum. Placetne tibi. qđ
alius nunc glorieẽ de te. qui nihil
vtiq3 laborauit in te: Simile mihi
ꝯtigit:qđ ⁊ illi meretrici apud So
lomonẽ:cui.vꝫ. paruulus ſuu⁹ ab
ea:que ſuũ a ſe oppreſſuꝫ extinxe
rat:furtim ſublatus eſt. Tu quoqꝫ
de ſinu mihi: ⁊ vtero abſciſſus es
ablatum gemo: repeto violenter
euulſuꝫ nõ poſſum obliuiſci viſce
ra mea.quorꝫ nimirũ parte detra
cta nõ modica.nõ põt niſi torque
ri pars reliqua. Uerumtamẽ quo
tuo cõmodo: qua tui neceſſitate
hoc nobis molliti ſunt amici nr̃i.
quorꝫ manus ſanguine plene ſũt:
quorꝫ aĩam meaꝫ pertranſiuit gla
dius.quorꝫ dẽtes arma.⁊ ſagitte:
⁊ lingua eorꝫ gladius acut⁹: Naꝫ
vtiqꝫ mihi:ſi in aliquo vnꝙ eos of
fenderã:qđ vtiq3 ꝯſcius mihi non
ſum:plenã prorſus repẽderẽ vicẽ.
Mirũ vero.ſi non plus talione re
cepi.ſi.vꝫ.tale aliqd in eos deliqſ
ſe potui.quale ab eis nũc ptuli:nã
vt verum fatear:nõ os de oſſibus
meis.vel carnẽ de carne.ſed tule
runt mihi gaudiũ cordis mei. fru
ctũ ſpũs mei.coronãq3 ſpei mee.et:
vt mihi ſentire videor. aĩe mee di
midiũ. Et qui hec: Forte miſerti
ſunt tui.⁊ ecce cecũ ducẽti ĩdignã
tes.ne pires poſt me. in ſuũ te trã
ſtulẽ ducatũ. O moleſta charitas.
O dura neceſſitudo tm̃ tuã dilexe
re ſalutẽ.vt in meã ĩpingerent. Ni
ſi me pẽpto tu ſaluari ſi poteras:
Et vtinã ipſi te abſq3 me ſaluent.
vtinã.etſi ego moriar.vel tu viuaſ.

Sed quid. Salus ergo magis in cultu veſtiū:⁊ ciboꝝ eſt opulentia q̄ in ſobrio victu:veſtituqʒ moderato? Si pellicie molles:⁊ callide:ſi pāni ſubtiles:⁊ p̄cioſi:ſi longe manice:⁊ ampliū caputiū:ſi optorium ſilueſtre:⁊ molle ſtramentū ſanctuʒ faciūt:qd moror ⁊ ego:ꝙ te nō ſequor? Sed hec infirmantiū ſunt fomenta:nō arma pugnantiū:ecce.n. qui mollibus veſtiūtur:in domibus regū ſunt.vinū:⁊ ſimila:mulſum:⁊ pinguia corpori militāt nō ſpūi.fricturis nō anima ſaginat̄ ſed caro. Multi in egypto fratres multo tēpore deo ſine piſcibus ſeruierunt. Piper cinamomum:ſaluia:⁊ mille huiuſmodi ſalſamentoꝝ ſpēs palatū qdē delectāt:ſed libidinē accēdunt:⁊ tu mihi cū his ſecuritatem pones:tu cū huiuſmodi tutā diceſ adoleſcentiā? Prudenter:ſobrieqʒ cōuerſanti ſatis eſt ad oē condimētū ſal cū fame:qua ſola nō expectata neceſſe eſt alias:atqʒ alias ꝺ neſcio quibus ſuccis extraneis cōfici ꝑmixtiones:que neqʒ palatū reparent:gulā prouocent:excitent appetitum. Sed quid faciet inquis:qui aliud nō poteſt? Bene ſcio q̄ delicatus es.⁊ ꝙ his aſſuetus mō duriora nō poſſis. Sed quid ſi potes facere:vt poſſis? Queris quō? Surge:precingere:tolle otiū exerce vires:moue brachia:cōploſas explica manus:exercitare in aliquo : et ſtatim ſenties ſola te appetere:que famē tollant:nō que fauces demulceāt:reddet quippe ſapores reb⁹ exercitiuʒ: quos tulit inertia. Multa que reſpuis otioſus.poſt laborē ſumes cū deſiderio. Siquidē otiuʒ parit faſtidiū:exercitiū famē:fameſ aūt miro modo dulcia reddit.que faſtidium reddit inſipida. Olus:faba:pultes:paniſqʒ cibari⁹ cū aqua quieſcenti quidē faſtidio ſunt. ſed exercitato magne videntur delitie. Jam forte tunicis diſſuetus exhorreſcis nimiū eas tā ꝑꝑ hiemis frigus:q̄ propter eſtatis ardoreʒ. Sʒ nūquid legiſti:qui timet pruinam: irruet ſuper eū nix? Vigilias timeſ ⁊ ieiunia manuūqʒ laborē? Sed h̄ leuia ſunt flāmas meditāti eternaſ Recordatio deinde tenebraꝝ exterioꝝ facit nō horrere ſolitudinem. Si futurā cogitas de verbis otioſiſ diſcuſſionē:nō valde diſplicebit ſilentium fletus eternus. ⁊ ſtridor ille dentiū ante cordis oculos reductus pares tibi reddet mattā ⁊ culcitrā. Deniqʒ ſi totum de nocte.qꝺ regula p̄cipit bene ad pſalmos vigilaueris.nimis durus erit lectus in quo quiete nō dormias. Si tantum in die quantū ꝓfeſſus es.manibus laboraueris.durus erit tibi cibus.quē libenter non comedas. Surge miles xp̄i.ſurge.excutere de puluere.reuertere ad preliuʒ.unde fugiſti fortius poſt fugā p̄liaturus. glorioſius triumphaturus. Habet qdē xp̄s multos milites. q fortiſſime ceperunt.ſteterūt.vicerūt.paucos autē.qui de fuga conuerſi rurſus ſe periculo ingeſſerint.qꝺ declinauerant.rurſus fugarint hoſtes.

quos fugiebant.⁊ quia omne rarũ preciosum gaudeo te de illis posse esse qui quanto rariores tanto apparebunt gloriosiores.alias autem si multũ timidus es.cur vel times vbi nõ est timor.nõ autem times. vbi magis timendum est.An quia fugisti ex acie.putas te man⁹ hostium euasisse:libẽtius te insequitur hostis fugientem.ꝙ̃ sustineat repugnantem ⁊ audatius insistit a tergo.ꝙ̃ resistat in faciẽ secur⁹ nunc ꝑiecꝫ armis capis matutinos sõnos cum xp̃s hora illa resurrexit.⁊ ignoras ꝙ exarmatus et tu timidior.et hostib⁹ minus timidus sis.Armatoꝝ multitudo circundauerũt domũ.⁊ tu dormis.iam ascẽdũt aggerem.iã dissipant sepẽ.iaꝫ irruunt ꝑ posticũ.Tutius ne est ergo tibi.vt te inueniãt solum.ꝙ̃ cum.aliĩs.nudum in lectulo.ꝙ̃ armatũ in cãpo expergiscere.sũme arma.⁊ fuge ad cõmilitones tuos.quos fugiẽs deserueras.ut qui te ab eis disiunxerat.ipse te denuo timor iungat. qd armoꝝ refugis pondus.⁊ asperitatem delicate miles.Aduersarius ĩstans.⁊ circũuolãtia spicula faciẽt clipeum nõ esse oneri loricã nõ sentiri.vel galeã.Et quidẽ subito procedẽti de vmbra ad solem. de otio ad laborẽ graue cernit̃ omne.qđ ĩcipit. sed postꝙ̃ ab his dissuescere: ⁊ ad illa se paulisper assuescere ceperit.vsus tollit difficultatẽ.inuenit qꝫ facile esse.qđ ⁊ impossibile ante putauit.Solent etiã fortissimi milites audita buccina ante cõgressuꝫ trepidare.At vbi ad preliũ ventuꝫ fuerit.spes victorie.⁊ timor ne vincantur reddit intrepidos.Quid vero tu trepidas.quẽ fratrum vnanimitas armatoꝝ circũueniẽt.cui angeli assistent a latere.quẽ dux belli xp̃s ꝓdibit suos animans ad victoriam:⁊ dicẽs. Confidite: ecce ego vici mundũ. Si xp̃s pro nobis.qs contra nos:securus ergo potes pugnare vbi securus es de victoria. O vere tuta cum christo. ⁊ ꝓ christo pugna.in qua nec vulneratus. nec prostratus.nec conculcat⁹.nec milies:si fieri põt: occisus fraudaberis a victoria.tantum ne fugias Sola causa.qua perdere possis victoriam.fuga est fugiendo potes illam amittere.moriendo nõ potes: ⁊ beatus . si pugnando moriaris. quia mortuus mox coronaberis. Ve autem tibi:si declinando pugnam:perdis.⁊ victoriam simul:et coronam. Quod ipse auertat a te fili dilectissime.qui ĩ iudicio de his meis litteris maiorem habet inferre damnationem:si nullam ex eis ĩ te reperit emendationem.

¶ Diui bernardi abbatis epistola de gubernatione familie.

g Ratioso ⁊ felici militi .D. Raymondo castri ambrosiĩ : Bernardus in senium deductus salutem. Doceri petis a nobis de cura ⁊ modo rei familiaris vtilius gubernande:

⁊ qualiter patreſfamilias debeant ſe habere. Ad qd tibi ſic reſpondemus. Quod licet omnium rerum mundanaruꝫ ſtatus ⁊ exitus negociorum ſub fortuna laborent. non tamen hoc timore viuendi eſt regula omittenda. Audi ergo ⁊ attende qd ſi in domo tua ſumptus et redditus ſunt equales Caſus īopinatus poterit deſtruere ſtatuꝫ eiꝰ. Status hominis negligentis domus eſt ruinoſa. Quid eſt negligētia gubernantis domum? ignis validus in domo accenſus. Diſcute diligenter eorum diligentiam ⁊ ꝓpoſitum qui tua adminiſtrant. Labenti enim nondum lapſo facultatibus: minus verecundie eſt abſtinere ꝙ̄ cadat. Sepiꝰ reuidere que tua ſunt ⁊ quomodo ſint magna ꝓuidētia eſt. Cogita de cibo ⁊ potū animalium tuorum. Nam eſuriūt ⁊ nō petunt. nuptie ſumptuoſe dānum ſine honore conferunt. Sumptus pro militia honorabilis eſt. Sumptus pro iuuando amicos rationabilis eſt. ſumptus pro iuuando prodigos perditus eſt. Familiā groſſo cibo non dilicato nutrias. Qui guloſus effectus eſt. vix aliter quam morte mores mutabit Guloſitas vilis ⁊ negligentis hominis putredo eſt. Guloſitas ſolliciti ⁊ diligentis hominis ſolacium eſt. Diebus paſcalibus abundanter non tamen delicate paſce familiaꝫ. Fac gulam litigare cum burſa. et caue cuius aduocatus exiſtas. Si autem inter gulaꝫ ⁊ burſam index exiſtas ſepiꝰ ſed non ſemper per burſam ſententiam. feras. Naꝫ gula affectionibus probat ⁊ ſic teſtibus non iuratis Burſa euidenter probat iam arca ⁊ cellario euacuatis vel breui tempore vacuandis. Tunc male iudicas contra gulam quando auaritia ligat burſam. Nunquam recte inter gulaꝫ ⁊ burſam auaricia iudicabit. Quid eſt auaricia? ſui homicida. Quid eſt auaricia? paupertatis timor: ſemper in paupertate viuēs. Recte viuit auarus in ſe non perdens diuitias ſed alijs reſeruando. Melius eſt enim alijs reſeruare ꝙ̄ in ſe perdere. Si blado abundas non diligas careſtiam: quia diligēs careſtiam cupit eſſe pauperum homicida Vende bladum cum ſatis valet: non quando per pauperē emi non poteſt. Vicinis minori precio vende etiam inimicis. Nō ſemper gladio ſed ſepe ſeruicio vincitur inimicus. Superbia contra vicinum balneum eſt expectans tonitrum cum ſagitta. Habes inimicum queras tuum oculum pro tui cuſtodia. Si habes inimicum conuerſationem non habeas cum ignotis. Semper cogita quod inimicꝰ ſagax cogitat inimici vias. Debilitas inimici nō eſt loco pacis ſed tregua ad tempꝰ Si te ſecuras nō cogitare inimicuꝫ tuum que tu cogitas periculo te exponis. De feminis tuis ſuſpectꝰ qd agant ignorantiam non ſententiaꝫ queras. Poſtꝙ̄ ſcineris crimē vxoris tue a nullo medico curaberis. Dolorem de mala vxore tunc mitigabis quando audies de vxoribuſ

aliens. Cor nobile ⁊ altum non inquirit de operibus mulierum. Malam vxorem potius risu quã baculo caſtigabis. Femina ſenex ⁊ meretrix oẽs diuicias annullabit. Femina ſenex ⁊ meretrix ſi lex permitteret viua ſepelienda eſſet. De veſtibus. Nota ꝙ veſtis ſumptuoſa: ꝓbatio eſt pauci ſenſus. Veſtis nimis apparens cito vicinis tedium parit. Stude bonitate placere nõ veſte. Mulieris petitio habẽtis veſtes ⁊ veſtes querentis non indicat firmitatem. De amicis: tene qꝺ maior eſt amicus qui ſua tribuit ꝙ̃ qui ſeipſum offert. de verbis ẽ magna copia amicorum. Amicum nõ reputes qui te preſentẽ laudat. Si conſulis amico non queras placere ei ſed rationi. Dicas in conſulendo ſic mihi videtur: non preciſe ſic agendum eſt. quoniam facilius de malo exitu conſilij redargutio ſeqtur: ꝙ̃ de bono laus. Audiui quod ioculatores te viſitant. Attende q̃ ſequuntur. Homo impendens ioculatori cito vxorez habebit cuius nomẽ erit paupertas. Sed qs erit huius vxoris filius: deriſio. Placet tibi verbum ioculatoris: finge te non audire ſed aliud cogitare: ridens ⁊ gaudens de verbis ioculatoris iam pignus ſibi dedit. Ioculatores improperãtes digni ſũt ſuſpendio. Quid eſt ioculator: mala improperans: animal homicidium ſecum portans. Ioculatoris inſtrumenta deo non placent. Audi de famulis. Famulum alti ⁊ elati cordis repelle vt futurum inimicũ

Famulum tuis moribus blandientem repelle. Famulo ⁊ vicino te preſentem laudantibus reſiſtas: aliter cogitant te decepiſſe. Famulum ſe de facili verecundantem dilige vt filium. Si vis edificare domum inducat te neceſſitas non voluntas. Cupiditas edificandi edificando non tollitur. Nimia ⁊ inordinata edificandi cupiditas parit cito ⁊ expectat edificiorum venationem. turris completa ⁊ arca vacuata faciunt valde ſed tarde hominem prudentem. Vis aliquando vendere: Caue cum vendere volueris ne partem hereditatis vendas. Non vendas potentiori ſed potius minori precio des minori. Totum autem vende plus offerenti. Melius eſt grauem pati famem quam patrimonij venditionem. Sed melius eſt partem vendere quam ſe vſuris ſubicere. Quid eſt vſura: Venenum patrimonij. Quid eſt vſura legalis latro predicens quod intendit. nihil emas in conſortem potentioris paruum cõſortem patienter ſubſtineas. ne tibi fortiorem ſociet. Queſiuiſti de vſu vini. Qui ĩ diuerſitate ⁊ abundantia vini ſobrius eſt: ille eſt terrenus deus. Ebrietas nihil recte facit niſi cum in lutum cadit. Sentis vinum: fuge conſortium. Sentis vinum quare ſomnum antequam colloquium. Qui ſe ebriũ verbis excuſat ebrietatem ſuam aperte accuſat. Male ſedet in iuuene vina cognoſcere: Fuge medicum ſcientia plenum et exer

citio non probatum. Fuge medicum ebrium. Caue tibi a medico volente in te experiri qualiter alios de ſimili morbo curabit. Catulos valde paruos: dimitte clericis ⁊ reginis. Canes cuſtodes vtiles ſunt: Canes ad venandū plus cōſtant quam conferant. Habes filios diſpenſatores tuorum bonoꝝ nō inſtituas: Sed dices ſi aduerſetur fortuna quid prodeſt viuendi doctrina? Audi qd de hoc videriſ ſtultos omittētes cōtingētia: ⁊ tandem ſe excuſantes ſub fortuna. euenit aliquando fortuna. Sed ſeruans doctrinā raro accuſabit fortunam. Raro. n. diligentiam cū infortunio ſociabis ſed rarius a pigritia infortunium ſeparabis. Expecta piger ſibi ſubueniri a deo q in mūdo iſto vigilare precepit. Tu ergo vigila ⁊ leuitatem expendēdi cū grauitate lucrādi compēſa. Appropinquat ſenectus: conſulo ꝙ deo potius quam tuo filio te committas. Diſponis legata. cōſulo: ꝙ primo ſeruitoribus quā ſacerdotibus ſolui mandes. Diligentibus ꝑſonam tuam nō cōmittas animā tuā. cōmitte animam tuā diligētibus animā ſuā. Diſponte de rebꝰ ante morbum. Sepe quis efficitur infirmitatis ſeruus. ⁊ ſeruus teſtari non pōt. liber ergo teſteris ante quā ſeruus efficiaris. Sufficiat tibi ꝙ de te dictū ē. De filijs audi Mortuo patre filij querūt diuiſionē. Si nobiles ſunt melior eſt ſepe eorū per mundū diſperſio ꝙ̄ hereditatis diuiſio. Nā ſepe eſt grauis eorū diſſolutio: huiuſmodi hereditatis diuiſio. Si laboratores ſunt faciāt ꝙ volūt. Si mercatores ſūt tutior eſt eorum diuiſio quā communione vniꝰ infortuniū alijs imputetur. Mater vero forte remaritari querit: ſtulte agit. ſꝫ vt ſua peccata deploret vtinā ipſa ſenex accipiat iuuenē. Nam nō ipſam ſed ſua queſiuit: quibus habitis bibet cum eo doloris calicem quem optauit ad quem eam perducant merita ſua damnabilis ſenectutis.

¶ Meditatio d̄uotiſſima ſup Salue regina: que diuo Bernardo attribuitur.

a

d ſalutādū virginē primo debeo eius magnitudinem conſiderare. Nec enim circa ſuum filium amplius potuit eleuari: ꝙ̄ vt mater domini vocaretur. Admirans ergo magnificentiam matris noſtre deuote et reuerenter dicito. Salue regina. Sub tuo regimine domina volo d̄ cetero militare: me totaliter dominationi tue committo. vt plenarie regas. nihil mee inſipientie dimittens de mei regimine. Quicquid enī mihi dimiſeris noueris miſerrime deſtruendum. Sed cum plenus ſim miſeria a vertice vſqꝫ ad pedū plantas ⁊ putrefactus. fetorem grauem ⁊ horrorē quomodo dignaberis regere tā nobilis creatura? Quis tu es regina miſericordie. Et qui ſunt miſericordie ſubditi niſi miſeri? Multum es ſolicita de miſeris: hos in tuos filios

adoptaſti.hos regē dñā voluiſti.⁊
iō regina miſicordie vocaris. Nos
ergo miſeri tecum de cetero conſo
lemur. tecum amodo domina ha
bitemus.te mentis viſceribus am
plectamur.q: tu es vita. Vita ve
re que mortē ſuperbie humilis vi
ciſti ⁊ nobis vitam gratie impetra
ſti. O certe vita amabilis.vita de
ſiderabilis vita delectabilis. o vi
ta que nutris tuos celeſtibus ali
mentis. Qui enim vult te habere
ſe affligat. delitias reſpuat:delica
ta queq; cōtēnat.⁊ qui ampl⁹ mor
tificatus fuerit te amplius poſſide
bit dulcedo. Vere dulcedo.q̄ ama
ritudinē peccati īpetrando expel
lis.que nobis gratie dulcorē acq̄
ris:que ad ſuauitatem patrie cele
ſtis contemplantes introducis. O
dulcis domina cui⁹ ſola memoria
affectum dulcorat.cuius magnitu
dinis meditatio mentem eleuat.
cuius pulchritudo oculū interio
rem exhilarat.cuius amenitatis ī
menſitas cor meditātis inebriat.
O domina que rapis corda homi
num dulcore.non ne cor meū do
mina rapuiſti: Ubi queſo poſuiſti
illud.vt ipſum valeam inuenire:
O raptrix cordium quando mihi
reſtitues cor meum. Quare ſic cor
da ſimplicium rapis. Quare vio
lentiā facis amicis. Nunquid ip
ſum ſemper vis tenere. Cū illud
poſtulo mihi arrides.⁊ ſtatim tua
dulcedine conſopitus quieſco. Cū
in me reuerſus iterum illud poſtu
lo me cōpleraris dulciſſima. ⁊ ſta
tiȝ inebrior tui amore tunc cor me
um non diſcerno a tuo nec aliud
ſcio petere niſi tuum. Sed ex quo
eſt cor meū tuo dulcore ſic inebria
tum guberna illud cum tuo. ⁊ in
ſanguine agni cōſerua. ⁊ in latere
filij colloca: tunc aſſequar qd intē
do:⁊ poſſidebo quod ſpero.q: tu
es ſpes noſtra. Sperent ergo in te
qui nouerunt nomen tuū. quoniā
non dereliquiſti querētes te domi
na. Certe qui ſpant in te mutabūt
fortitudinem aſſument pennas vt
aquile:volabunt ⁊ non deficient.
Quis non ſperabit in te.que etiā
adiuuas deſperatos. Non du
bito q̄ ſi ad te venerimus habebi
mus quod volem⁹. In te ergo ſpe
ret qui deſperat. qui deficit ad te
currat. Salue. Quis ergo de cete
ro nos a tui ſalutatione poterit ꝓ
hibere ex quo ſic es vita: dulcedo
⁊ ſpes noſtra ſalue. Quis ergo ex
quo regina es noſtra.a tua reuerē
tia nos poterit ſeparare vel impe
dire: Primo es dñā ſalutāda vt ꝑ
te gratia impeteref. Scdo vt ꝑ te
ad gloriā veniaf ad te. Ad te ve
re:q: tu ſola deum genuiſti.tu ſola
interemiſti vniuerſam hereticam
prauitatē. Ad te certe q̄ leuas nos
a fecibus peccatoꝝ:que nos cōſo
laris incunabulis vagiētes.lactas
puulos eſuriētes. Clamam⁹ qua
re non clamaremus dñā. q vulne
ra ſuſtinem⁹ plagas ſentim⁹ q ini
micis vndiq; circūdamur. Clama
mus anguſtiati miſerijs infinitis
oppreſſi. Clamamus cordis an
rietate.ſtomachi vacuitate: dolo
ris acerbitate aut forte erga te.

amoris immēſitate. Quare.n. ob/ dormis dn̄a: Surge adiuua nos. Clamamus etiā vt noſtrā maniſe ſtemus neceſſitatē q2 clamare ne/ ceſſitas nos cōpellit.quid nos am plius afligis. Si multū tardaue/ ris vocē amittā clamando.⁊ ad te amplius vociferare nequibo. Heu mihi tunc qd faciā cum nec exau/ dire me poteris nec audire. Cito: cito dn̄a ſubuenias clamāti:ne in manibus deficiā inimici. curre fe/ ſtina dn̄a.⁊ tuū iniquiſſimū. ⁊ infi deliſſimum ſeruum ad te clamātē parcēdo adiuua.⁊ eripe de manu ⁊ periculis tui hoſtis. Si aliud te allicere domina nō deberet:niſi q2 tuus hoſtis audet nos tuos ſuos inuadere fraudolenter:deberes ad nos ꝙcitius feſtinare. curre ⁊ libe/ ra nos domina propter eorum ſu/ perbiam reprimendam. Curre: ne dicant vbi eſt eoꝝ domina:de cu/ ius clementia cōfidebant. ne mire ris domina ſi clamamus:q2 ſum⁹ a te nimium elongati. In regione lō ginqua diſſipauimus partē noſtrā ⁊ ideo ad te clamam⁹ exules. Exu les a patria exules a viſione diui/ na ⁊ vtinā nō exules a gratia. exu les a conſolatione materna. O aīa cur non es potius a corpore ſepa/ rata.ꝙ a tua domina exul facta. Heu mihi.cur ſum in tam longum exiliū relegatus. O dn̄a dū hic ſu mus exules ꝯſtituas nos.ne h̄ tāꝗ ī pr̄ia ꝯfidētes te ⁊ tuū filiū quere re deſiſtamus.ſic tn̄ ꝯſtituas exules in corpe vt ſemp tecū ſimus ciues in mēte. Filij eue ꝓe filij eue ſupbi preſumptuoſi.ābitioſi:auari:guloſi ⁊ carnales inobediētes:⁊ breuit in oīb⁹ ipam euā ſequētes: ꝓni ſum⁹ ad malū difficiles ꝓo ad bonū ⁊ ſi ꝯtingat aliquē filiū bonoꝝ operuꝫ generare cū quodā cordis dolore ⁊ triſtitia pturimus:ſꝫ malū cū leti tia ppetram⁹.nec nob ſufficiūt ma la nr̄a ſꝫ ſicut ipa eua ita ⁊ nos alios inclinam⁹ ad malū:⁊ ēt ſicut ipa.ita ⁊ nos in defectibus excuſam⁹:aut ſaltē ſi poſſum⁹ in alios extorque/ mus Plus.n.placet nobis in mul to ſudore ⁊ labore vilia acqrere:ꝙ dominū glorie deguſtare.⁊ ipſum leuiſſime imo dulciſſime poſſidere. Niſi eniꝫ nos domina adiuuaſſes. fortaſſis taꝫ in inferni ꝓfundiſſima veniſſemus nec eſt quod nos vale at excuſare qui nō te ſed euā in oī bus imitemur ac per hoc Ad te ſu ſpiramus. Suſpiramus aūt de taꝫ bone matris abſentia venire ad te dn̄a cupientes. Suſpiramus ad te videre filiū tuū affectātes. Nimi⁹ ergo amor quo erga te ſumus ine/ briati intrinſecus.cogit nos ad te domina ſuſpirare. Omnibus es amabilis:omnibus affabilis omni bus delectabilis ſedes ſapiētie:flu uius clemētie:radius deitatis.nec eſt qui ſe abſcondat a calore tuo. Quis ergo ad te dn̄a non ſuſpira bit. Amore ſuſpiramus:ēt ⁊ dolo/ re. Undiqꝫ nos anguſtie premūt. Quomodo ergo ad te nō ſuſpire/ mus:ſolatiū miſeroꝝ refugium ex/ pulſoꝝ:liberatio captiuoꝝ:regina bellatoꝝ:dn̄a vniuerſoꝝ ēt inimi coꝝ:nec eſt q tue voluntati valeat

obuiare. Sic afflicti: ſic miſeri ad te ſuſpiramus. Gemētes ⁊ flentes in hac lachꝛimaꝝ valle. Heu ꝺn̄a: nō vides ꝙ totalit̄ ſumus amaritudine pleni. Intus ſumus gementes exterius flētes: in loco lachꝛimoſo iacētes: onerati peccatis gemimus aggrauati moleſtijs flem⁹ habūdātes miſerijs ī valle lachꝛimaꝝ ſumus tuū: ſubſidiū poſtulātes. Quid amplius ꝺicā nec ſufficio nec ſcio oīa ꝺeteſtabilia huius vallis enarrare. Eya ergo aduocata noſtra. O laudabilis clemētia ſaluatoꝛis. q ſic afflictis tā nobile ſubſidium ꝺignatus eſt elargiri. et iō nō eſt timēdum qn miſerearis miſeris: ad illā partē inclinās ſententiā quam ꝺefendis vt nobis exhibeas gloꝛiam quam crearis. nō ergo reſtat ꝺn̄a: niſi vt illos miſericoꝛdes oculos ad nos conuertas. Eya ergo aduocata noſtra illoſ tuos miſericoꝛdes oculos ad nos cōuerte. nō ꝺubitamus ꝺomina ꝙ ſi noſtras aſpexeris miſerias ⁊ non poterit tua miſeratio ſuum retardare effectum. Mirabiles necnon ⁊ amabiles illi tuoꝝ radij oculoꝝ qb⁹ nos allicis ad amoꝛē. ⁊ ad plenā ꝺucis ſalutē ne venenatos oculos baſiliſci timeam⁹. O eue oculi venenati. Cur nō offertis vos oculis ꝩginiſ. ſi vult̄ ꝑfectā recipe medicinā. nā ſuoꝝ claritas oculoꝝ tenebꝛas expellit: effugat cateruas ꝺmonū: purgat vitia mētiū: coꝛda ꝯgellata accendit ⁊ ꝺemū ad celeſtia trahit: O ꝙ̄ beati o ꝺn̄a quos tui viderint oculi Hos ergo oculos ad nos ꝺn̄a ꝯuerte. Et ieſuꝫ bn̄dictū fructū vētris tui nob poſt hoc exiliū oſ̄nde O Vēter mirabilis. q potuit capere ſaluatoꝛē o venter laudabilis q meruit recipe redemptoꝛē. o vent̄ ꝺeſiderabilis q emanauit ꝺſideriū mētiū: grāꝝ fluuiū gloꝛie ꝑmium. o vēter amabilis ⁊ ꝺulcedo aīe. o eleuatio mētium. inebꝛiatio coꝛdiū ſanitas peccatoꝝ. Fruct⁹ tuus ꝺn̄a. Hic certe ē fructus beatus a pꝛincipio ſui oꝛtus. Hic eſt ieſus ꝺei viui fili⁹ Hic eſt ſaluatoꝛ noſter ꝺn̄s ꝺeus. Hūc ieſuꝫ bn̄dictū fructum vētris tui nobis poſt hoc exilium oſtende. vt videndo ipſum habeamus. ipſum videndo beatitudine repleamur. o clemens. o Pia. o ꝺulcis Maria. o clemens indigentibus. pia exoꝛantibus. ꝺulcis ꝺiligētibus. o clemēs penitentibus: pia pꝛoficientibus. ꝺulcis contemplantibus. o clemēs liberando pia largiendo ꝺulcis te ꝺonando. o clemens cōſolādo pia blandiendo ꝺulcis oſculando. Clemens es ſubiectis pia iaꝫ coꝛrect̄. ꝺulcis pꝛedilectis. Amen.

¶ Diui Bernardi abbatis oꝛatio ꝺiuina ⁊ ꝺeuotiſſima quam fecit quando imago ſaluatoꝛis ſolutis bꝛachijs ꝺe cruce amplexata eſt eum.

Salue mundi ſalutare
ſalue ſalue ieſu chare
cruci tue me aptare
vellem vere tu ſis quare
pꝛeſta mihi copiam
Ac ſis pꝛeſens ſic accedo

imo te preſentem credo
o quam nudum hic te cerno
ecce tibi me proſterno
ſis facilis aduentam.
Clauos pedum plagas duras
z tam graues impreſſuras
circũplector cum affectu
tuo pauens in aſpectu
tuorum memor vulnerum
Grates tante charitati
nos agamus vulnerati
o amator peccatorum
reparator confractorum
o dulcis pater pauperum
Quicquid eſt in me confractum
diſſipatum aut diſtractum
dulcis ieſu totum ſana
tu reſtaura: tu complana
tuo medicamine.
Te in tua cruce quero
prout queo corde mero
me ſaluabis hic vt ſpero
ſalua me z ſaluus ero
in tuo lauans ſanguine.
Plagas tuas rubicundas
z fixuras tam profundas
cordi meo fac inſcribi
vt configar totus vbi
te modis amans omnibus.
Quiſquis huc ad te acceſſit
z hos pedes corde preſſit
eger: ſanus hinc abſceſſit
hinc relinquens quicquid geſſit
dans oſculum vulneribus.
Coram cruce procũbentem
hoſq; pedes complectentem
ieſu chriſte non me ſpernas
ſed de cruce tua cernas
compaſſionis gratia.
In hac cruce ſtans directe
vide me o mi dilecte
totum te ad me conuerte
eſto ſanus dic aperte
dimitto tibi omnia.

Oratio ad genua.

Salue ſalue rex ſanctorum
ſpes votiua peccatorum
in hoc ligno tanq̃ reus
pendens verus homo deus
caducis nutans genibus.
O quã pauper o quã nudus.
qualis es in cruce ludus.
diuerſorum locus factus
ſponte tamen non coactus
attritus mẽbris omnibus.
Sanguis tuus abundanter
fuſus fluit inceſſanter
totus lotus in cruore
ſtans imotus in dolore
precinctus vili tegmine
O maieſtas infinita
o egeſtas inaudita
quis pro tanta charitate
queret te in veritate
dans ſanguinem pro ſanguine?
Quid ſum tibi reſponſurus
actu nullus: corde durus
quid rependam amotori
qui pro me elegit mori
ne dupla morte morerer.
Amor tuus amor fortis
quem non vincunt iura mortis
o quam pia me ſub cura
tua fones impeſſura
ne morſu mortis vulnerer
Ecce tuo pre amore
te complector cum rubore
me coapto diligenter
tu ſis tamen euidenter
ſed ſuffer z diſſimula

Hoc ꝙ ago te nõ grauet
ſed me ſanet ⁊ me lauet
inquinatum ⁊ egrotum
ſanguis fluens hic per totum
ne ſuperſit macula.
In hac cruce te cruentum
⁊ diſtentum ⁊ contemptum
vt requiram me impele
⁊ hic imple meum velle
Facturus quod deſidero
vt te queram mente pura
ſit hec mea prima cura
Nec eſt labor nec grauabor
ſed ſanabor ⁊ mundabor
cum te complexus fuero

Oratio ad manus.

Salue ſalue ieſu bone
fatigatus in agone
qui per lignum es diſtractus
⁊ ad lignum es compactus
Expanſis ſanctis manibus
Manus ſancte vos aucte
roſis nouis adimplete
hos adramos dure iuncte
Et crudeli ferro puncte
tot guttis decurrentibus
Ecce fluit circumquaqʒ
manu tua de vtraqʒ
Sanguis tuus copioſe
rubicundus inſtar roſe
magne ſalutis pretium.
Manus clauis perforatas
⁊ cruore purpuratas
corde premo pre amore
ſitibundo bibens ore
cruoris ſtillicidium.
O quam large te exponis
promptus malis atqʒ bonis
trahis pigros. pios uocas
⁊ in tuis vlnis locas
Paratus gratis omnibus.
Ecce tibi me preſento
vulnerato cruentato
ſemper egris miſereris
De me ergo ne graueris
qui preſto es amantibus.
In hac cruce ſic extenſus
in te meos trahe ſenſus
Meum poſſe velle ſcire
cruci tue fac ſeruire
te meis apta brachijs.
In tam alta charitate
Trahe me in veritate
propter crucem tuam almam
trahe me ad crucis palmam
dans finem meis vitijs.
Manus ſancte vos complector
⁊ gemendo condelector
grates ago plagis duris
clauis ſputis: guttis: puris
Do lachrimas cum oſculis.
In cruore tuo lotum
me commendo tibi totum
tue ſancte manus iſte
Me defendant ieſu chriſte
in extremis periculis.

Oratio ad latus.

Salue ſalue ſumme bonus
ad parcendum nimis pronus
membra tua macilenta
quam acerbe ſunt diſtenta
in ramo crucis torrida.
Salue latus ſaluatoris
in quo latet mel dulcoris
in quo patet vis amoris
de quo ſcatet fons cruoris
Qui corda lauat ſordida.
Ecce tibi appropinquo
nec te ieſu derelinquo
verecunda licet fronte

Tamen veni ad te ſponte
ſcrutari tua vulnera
Salue mitis apertura
de qua venit vena pura
porta patens ⁊ profunda
ſuper roſam rubicunda
medela ſalutifera.
Odor tuus ſuper vinum
virus pellens ſerpentinum
potus tuus fructus vite
qui ſititis huc venite
te dulce vulnus aperi.
Plaga rubens aperire
fac cor meum te ſentire
ſine me in te tranſire
vellem totus introire
pulſanti pande pauperi
Ore meo te contingo
in te meum cor intingo
te ardenter ad me ſtringo
⁊ ardenti corde lingo
me totum in te traijce
O quam dulcis ſapor iſte
qui te guſtat ieſu chriſte
tuo victus a dulcore
mori poſſet pre amore
te vnum amans vnice.
In hac foſſa me reconde
infer meum cor profunde
vbi iacens incaleſcat
⁊ in pace requieſcat
ne prorſus quicq̃ timeat.
Hora mortis meus flatus
intret ieſu tuum latus
hic expirans in te vadat
ne hunc leo trux inuadat
ſed apud te permaneat.

Oratio ad pectus

Salue ſalus mea deus.
ieſu dulcis amor meus
ſalue pectus reuerendum
cum tremore contingendum
amoris domicilium.
Aue thronus trinitatis
arca late charitatis
firmamentum infirmitatis
pax ⁊ pauſa fatigatis
humilium triclinium.

Oratio ad cor

Summi regis cor aueto
te ſaluto corde leto
te complecti me delectat
⁊ hoc meum cor affectat
vt ad te loquar toleres
Quo amore vincebaris
quo dolore torquebaris
cum te totum exhaurires
vt te nobis impartires
vt nos a morte tolleres:
O mors illa quam amara
quam immitis quam auara
que per cellam introiuit
in quam mundi vita viuit
te mordens cor dulciſſimum
Propter mortem quam tuliſti
cum pro me tu defeciſti
cordis mei. cor dilectum
totum in te fer affectum
hoc eſt quod cupit plurimum
Per medullam cordis mei
peccatoris atqꝫ rei
amor tuus tranſferatur
nec a te iam deſeratur
quicunqꝫ te complectitur
Dilatare aperire
tanquam roſa fragrans mire
cordi meo te coniunge
vnge illud ⁊ compunge
qui amat te qui patitur:
Quid nam agat neſcit vere

UPB

nec ſe valet cohibere
nulluꝫ modum dat amori
multa morte vellet mori
amore quiſquis vincitur.
Uite vas tibi proclamo
te dulci corde ſemper amo
ad cor meum inclinare
vt ſe poſſit applicare
deuoto tibi pectore.
Tuo viuat in amore
ne dormitet in torpore
ad te oret ad te ploret
te odoret te honoret
te fouens omni tepore.
Roſa cordis aperire
tuus odor fragrat mire
te dignare dilatare
fac ad te cor anhelare
vt que tibi ſit vicinum
infer tuum infra ſinum
vt vix ſeipſum capiat
Hic repauſet hic moretur
ecce iam poſt te mouetur
te ardenter vult ſentire
noli noli contraire
debes ei conſentire
vt bene de te ſentiat.

Orõ ad totũ corpus

Salue ieſu reuerende
in feruore requirende
maieſtatem hic attende
accedentem me accende
precordiali gratia
Salue cuius dulcis vultus
immutatus ⁊ in cultus
immutauit ſuum florem
totus verſus in pallorem
quem celi tremit curia
Omnis rigor atqꝫ vigor
hinc abſceſſit non admiror
mors apparet in aſpectu
totus pedes in defectu
attritus egra macie
Sic affectus ſic deſpectus
propter me ſic interfectus
peccatori ſic indigno
cum amoris interſigno
appare datus hodie
In hac tua paſſione
me agnoſce paſtor bone
cuius ſumpſi mel ex ore
hauſtum lactis cum dulcore
pre omnibus delicijs
Non me reum aſperneris
nec indignum dedigneris
morte tibi iam vicina
caput tuum huic reclina
in meis pauſa brachijs.
Tue ſancte paſſionij
me gauderem interponi
in hac cruce totus mori
preſta crucis amatori
ſub tua cruce moriar.
Morti tue tam amare
grates ago ieſu chare
qui es preſens pie deus
fac que petit tuus reus
vt abſqꝫ te non finiar
Cum me mori eſt neceſſe
noli mihi tunc deeſſe
in horrenda mortis hora
veni veni abſqꝫ mora
tuere me ⁊ libera.
Cum me iubes emigrare
ieſu bone tunc appare
o amator complectende
temetipſum tunc oſtende
in cruce ſaluti fera

¶ Diui Bernardi abbatis hymnus deuotiſſimus. quem ad cõmunionem inſtituit decantari.

O ieſus dulcis memoria
dans vera cordis gaudia
ſed ſuper mel ⁊ omnia
eius dulcis preſentia
Nil canitur ſuauius
auditur nil iocundius
nil cogitatur dulcius
ꝙ ieſus dei filius
Ieſu ſpes penitentibus
ꝙ pius es petentibus
ꝙ bonus te querentibus
ſed quid inuenientibus?
Ieſu dulcedo cordium
fons viuus: lumen mentium
excedis omne gaudium
et omne deſiderium
Nec lingua valet dicere
nec littera exprimere
expertus poteſt noſcere
quid ſit ieſum diligere
Ieſum queram in lectulo
clauſo cordis cubiculo
priuatim ⁊ in publico
queram amore ſedulo
Cum Maria diluculo
ieſum queram in tumulo
clamore cordis querulo
mente queram non oculo
Tumbam perfundam fletibus
locum replens gemitibus
ieſu prouoluar pedibus
ſtrictis herens amplexibus
Ieſu rex admirabilis
et triumphator nobilis
dulcedo ineffabilis
totus deſiderabilis
Mane nobiſcum domine
et nos illuſtrata lumine
pulſa mentis caligine
mondum reple dulcedine
Quando cor noſtrum viſitas
tum lucet ei veritas
mondi vileſcit vanitas
et intus feruet charitas
Amor ieſu dulciſſimus
et vere ſuauiſſimus
plus milies gratiſſimus
ꝙ dicere ſufficimus
Hoc probat eius paſſio
hoc ſanguinis effuſio
per quam nobis redemptio
datur ⁊ dei viſio
Ieſum omnes cognoſcite
amorem eius poſcite
ieſum ardenter querite
querendo inardeſcite
Sic amantem diligite
amoris vicem reddite
in hunc odorem currite
⁊ vota votis reddite
Ieſu auctor clementie
totius ſpes leticie
dulcoris fons ⁊ gratie
vere cordis letitie
Ieſu mi bone ſentiam
tui dulcoris copiam
da mihi per preſentiam
tuam videre gloriam
Cum digne loqui nequeam
de te tamen non ſileam
amor facit vt audeam
cum ſolum de te gaudeam
Tua ieſu dilectio
grata mentis refectio
replet ſine faſtidio
dans famem deſiderio

Qui te guſtant eſuriunt
qui bibunt adhuc ſitiunt
deſiderare neſciunt
niſi ieſum quem diligunt
Quem tuus amoꝛ ebꝛiat
nouit quid ieſus ſapiat
ꝙ̃ felix eſt quem ſatiat
non eſt vltra ꝙ cupiat
Jeſu decus angelicum
in aure dulce canticum
in oꝛe mel mirificum
in coꝛde nectar celicum
Deſiderate milies
ieſu mi quando venies
me letum quando facies
me de te quando ſaties
Amoꝛ tuus continuus
mihi langoꝛ aſſiduus
mihi ieſu mellifluus
fructus vite perpetuus
Jeſu ſumma benignitas
mira coꝛdis iocunditas
incompꝛehenſa bonitas
tua me ſtringit charitas
Bonum mihi diligere
ieſum non vltra querere
mihi pꝛoꝛſus deficere
vt illi queam viuere
O ieſu mi dulciſſime
ſpes ſuſpirantis anime
te querunt pie lachꝛyme
⁊ clamoꝛ mentis intime
Quocunq; loco fuero
meum ieſum deſidero
ꝙ̃ letus cum inuenero
ꝙ̃ felix cum tenuero
Tunc amplexus: tunc oſcula
qui vincunt mellis pocula
tunc felix chꝛiſti copula
ſed in his parua moꝛula
Jam ꝙ queſiui video
ꝙ concupiui teneo
amoꝛe ieſu langueo
⁊ coꝛde totus ardeo
Jeſus cum ſic diligitur
hic amoꝛ non extinguitur
non tepeſcit nec moꝛitur
plus creſcit ⁊ accenditur
Hic amoꝛ ardet dulciter
dulceſcit mirabiliter
ſapit delectabiliter
delectat ⁊ feliciter
Hic amoꝛ miſſus celitus
heret mihi medullitus
mentem intendit penitus
hoc delectatur ſpiritus
O beatum incendium
o ardens deſiderium
o dulce refrigerium
amare dei filium
Jeſu flos matris virginis
amoꝛ noſtre dulcedinis
tibi laus honoꝛ numinis
regnum beatitudinis
Jeſus ſole ſerenioꝛ
⁊ balſamo ſuauioꝛ
omni dulcoꝛe dulcioꝛ
pꝛe cunctis amabilioꝛ
Cuius guſtus ſic afficit
cuius doloꝛ ſic reficit
in quem mens mea deficit
ſolus amanti ſufficit
Tu mentis delectatio
amoꝛis conſumatio
tu mea gloꝛiatio
ieſu mundi ſaluatio
Sequar quocunq; ieris
mihi tolli non poteris
cum meum coꝛ abſtuleris
ieſu laus noſtri generis

Hymnus deuotiſſimus

Dilecte mi reuertere
conſoꝛs paterne dextere
hoſtem viciſti proſpere
iam celi regno fruere
Celi ciues accurrite
poꝛtas veſtras attollite
triumphatoꝛi dicite
ſalue ieſu rex inclite
Rex virtutum: rex glorie
rex inſignis victoꝛie
ieſu largitoꝛ gratie
honoꝛ celeſtis curie
Tu vere lumen patrie
tu fons miſericoꝛdie
pelle nubẽ triſtitie
nobis dans lucem gloꝛie
Te celi choꝛus pꝛedicat
⁊ tuas laudes replicat
ieſus oꝛbem letificat
⁊ nos deo pacificat
Jeſus in pace imperat
que omnem ſenſum ſuperat
hunc mens mea deſiderat
⁊ illo frui pꝛoperat
Jeſus ad patrem redijt
celeſte regnum ſubijt
coꝛ meum a me tranſijt
poſt ieſum ſimul abijt
Jam pꝛoſequamur laudibus
ieſum hymnis ⁊ pꝛecibus
vt nos donet celeſtibus
cum ipſo frui ſedibus
Amen

Ad lectorem

Habes lector candidiſſime in preſenti volumine Deuotiſſima
Diui Bernar. opuſcula e diuerſis bibliotecis ſtudioſiſſime col
lecta: que quanto ſint cuiq; vſui: ⁊ emolumento futura: pijs
ac deuotis mentibus enarrare ſuperuacuum eſt: indeuotis vero: ⁊ cu-
rioſis dũtaxat nugis intendentibus facile perſuaſum iri non credide-
rim. Sed de his nihil ad nos. Proponuntur enim hec omnibus: nulli
vero ingeruntur. Hoc tm̃ dixiſſe ſufficiat. Quã Quintilianus de Cice-
rone ſententiam protulit: eam a nobis verius: ꝯpetentiuſq; de Bernar
do referri. Ut ille valde in deuotione profeciſſe noſcatur: cui Ber. val
de placuerit. Sed hec hactenus. Ego: cum id omnino efficere inſtituiſ-
ſem: vt oĩa ſimul Diui Ber. opuſcula ĩ hac vrbe nr̃a iprimerent: nõ de
ſtiti equidem pro virili mea hincinde: que poteram oĩ cura aduehere:
vt cõmuni chriſtiane religionis ſaluti conſulerem: multa tamen ſuper-
eſſe arbitror: que non ſolum habita: ſed nec agnita quidem ſint mihi. Li
bellum vero de laude noue militie idcirco preſcriptis non adiunxi: ꝙ
eius exemplar omnino habere nõ potui. Hec autem opuſcula vſq; ad
expoſitionem fere ſuper Miſſus eſt: ita digeſſimus: vt idem pene ſerue
tur ordo in legendis: quem a conuerſione ad ſummum vſq; perfectio-
nis gradum quẽlibet obſeruare conueniat. Abinde autẽ citra euan-
gelicas expoſitiones in ſuo quãlibet ordine ſubdidimus. Demũ librũ
de conſideratione ad Eugenium pon. maxi. in operis calce ſtatuimus:
quia tardiuſcule illius affuit nobis ⁊ exemplar. Que tamen ſcriptorũ
diſpoſitio: ſi cuiꝗ minus cõpetens viſa fuerit: exiguitati noſtre obſecra
mus ignoſci: Qđ ſi forte aliqua. vt inerunt. errata litteram. vz. pro litte
ra: ſyllabam pro ſyllaba: raro autẽ dictionem pro dictione repereris: nõ
mihi ſolum: qui ea nõ niſi humano: ⁊ hebeti oculo tranſcurrere potui:
verum etiam feſtinis: vt ſunt ſemper ⁊ minus oculatis impreſſoribus ve
niam dabis. Uale lector humaniſſime: ⁊ cum dulciſſimas tibi. ⁊ frequẽ-
tes illas: vt aſſolet: lachrymas ex intimis viſceribus Bernardus eliciet:
mei quoq; peccatoris non ſis immemor.

Caſtigata ſunt hec opera Diui Bernardi Abbatis Clareuallẽſis p ve
nerabilẽ Monachũ dñm. P. de Brixia. Impreſſaq; p Angelum ⁊ Ja
cobũ de Britãnicis fratres in alma Ciuitate Brixie ad laudẽ omnipo
tentis dei nec nõ ⁊ matris eius virginis marie. Quinetiã ⁊ Diui Ber-
nardi. die. xviij. Martij. M.cccclxxxxiiij.

DB-1670 - MRTX

me 1922.
104 - 982
LWX4